Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI

LIBELLUS DE SPECTACULIS.

AD CODICEM AGOBARDINUM DENUO COLLATUM

RECENSUIT

ADNOTATIONES CRITICAS NOUAS ADDIDIT

ERNESTUS KLUSSMANN.

RUDOLPHOPOLI

TYPIS FRŒBELIANIS

MDCCCLXXVI.

Tertulliani libellus de spectaculis non a Beato Rhenano, qui uiginti duos presbyteri africani libros Basileae edidit, sed a Joanne Gangneio Parisiis primum emissus est. is uetustissimo codice se in ea re usum esse mira quadam simplicitate professus nec unde codicem acceperit nec quantum illi tribuendum esse uideatur addidit et ita rem suam egit, ut quid in codice inuenerit, quid ipse nouauerit dubius haereas. quamquam marginibus nonnunquam adscripsit uarias alius nescio cuius codicis lectiones, ut tamen utrum eas ex alio quodam quem praesto habuerit libro an ex ipso quo utebatur codice ad marginem aut inter uersus enotatas descripserit reticeat. ubi uero diligentius in rem inquisiueris, Gangneio duos codices promptos fuisse intelleges, alterum uetustissimum, alterum aetate aliquanto inferiorem. atque illum quidem uetustum, quem dicit, saeculi noni codicem Agobardinum fuisse quouis pignore affirmauerim. nam quaecunque ad margines adnotauit aut cum codice Agobardino concinunt, cum alia plus minus diuersa in textum, quem dicunt, receperit, aut diuersa sunt ab eo codice, cum uerborum continuitas cum Agobardino conspiret. itaque quod uetustissimum librum sibi contigisse narrat, codicem Agobardinum dicit. quo tamen, utpote ad legendum difficillimo, non ita usus est, ut in uerbis tertullianeis potissimum ducem sequeretur, sed ut alterum pro fundamento poneret, illum secundo loco habitum in auxilium uocaret. atque erat sane cur pro illorum temporum iudicio ita statueret. permulta enim in codice Agobardino omittuntur, quae in altero codice legebantur, ut mutilum et misere laesum in describendo postponeret pleniori et integro. non is est Gangneius, qui suo indicio uel arbitrio multa immutare soleat: quae praesto erant, bona fide reddere solet, ut tamen, quemadmodum dixi, non raro nouo quodam contaminationis genere utatur. interpolatus autem sine dubio

alter iste codex fuit,[1]) ut nisi iis locis, quibus ea quae in Agobardino disiderantur explet, sequendus non sit, ubi in reliquis discrepat, tanti sit aestimandus, quanti in ea re librarii iudicium fuisse uidetur. ne tamen ea, quae in Agobardino omissa habet, interpolata putes, ipse codex Agobardinus uetat. qui mira quadam et misera librarii constantia ibi fere integra Tertulliani uerba non seruauit, ubi cur id factum sit plane et manifeste apparet. ne enim de singulis syllabis aut uocabulis omissis dicam, dimidias aut uniuersas sententias librarii neglegentia omittere solet, ubi a similibus aut syllabis aut uocabulis eius oculi aberrauerant. talia sunt pag. 6. 25 ***iubeat*** [*aut prohibeat*], 7. 23 ***excessus*** [*impudicitiae et manus ad uim et gressus*], 8. 6 ***conditionis*** [*a **conditis***], 10. 15 *dicentur* [*tum*] *artes*, 20. 9 ***uoluptates*** [*aeque generaliter intellectae **uoluptates***], 20. 22 ***aemulatio*** [*per quam studium sapit. porro et ubi aemulatio*], cap. 24 in.: ***eieramus*** [*quod autem **eieramus neque** facto*] ***neque** dicto*, cap. 30 sub fin.: [***hic** est quem a Juda redemistis*] ***hic.*** quattuor attuli eius generis exempla ex diuersissimis libelli partibus; potui plus quinquaginta.

Secutus est in edendis Tertulliani libris Sigismundus Gelenius, cuius editio Basileae quinque annis post Gangneianam emissa est. is magnificis quidem uerbis suas ipse laudes praedicat iamque in iis libris Tertullianeis, quas primus Gangneius in lucem ediderat, nihil post suam operam in posterum requiri (ipsius uerba sunt) gloriatur. quippe codicem sibi ex ultima Britannia contigisse Masburensem, in quo, ut ipse dicit, nihil desiderare posses amplius. at quae illae eius codicis uirtutes fuerint neque Gelenius ipse exposuit aut ullo loco quid in eo fuerit adnotauit, neque ex recensione Geleniana, si cum Gangneiana comparaueris, apparet. multa enim, qua

[1]) unum idque, quamuis exiguum uideatur, satis mirum tamen et conspicuum eius rei documentum est, quod *ac* particula, cum in libro Agobardino non legatur, quinquies in editionibus aut ex peiorum codicum auctoritate aut e coniecturis uirorum doctorum inuenitur: 10. 4 (apud Gangn., A *atque*), 18. 8 (Rig. Oehl., deest in A), cap. 21 in.: (bis apud Gangn., A *et*), cap. 30 in.: (Gang., deest in A). huc non pertinet particula *acsi* quamquam ea ipsa uno loco cap. 27 extr. legitur, qui locus in cod. A desideratur.

erat doctrina et in his ipsis litteris exercitatione, emendauit, sed ita emendauit, ut Gangneium fere secutus suo iudicio uteretur, utque ad ea quidem, quae in libro de spectaculis melius aut optime constituit, libro manuscripto opus non esset. sic quaecunque aut nouauit aut correxit, suo ingenio debuit, ut in hoc quidem libello codicem, quem summis laudibus effert, aut nullum aut nullius pretii fuisse pro certo affirmem. quae cum ita sint, ut nullam codicis Gangneiani alterius discrepantiam in excerpendis uariis lectionibus omittendam esse putaui (ipsos errores typographicos exscripsi, non exscripsi fere diuersam in singulis uocabulis scribendi rationem), ita Gelenii nulla mentio facta est, ubicunque cum Gangneio consentit.

Tertia editio Jacobi Pamelii est, quae tricesimo post Gelenianam anno Parisiis prodiit. qui quod tribus libris manuscriptis ex bibliotheca Uaticana se usum esse dicit, id noli dictum esse de libello de spectaculis, in quo recensendo unum codicem Clementis cuiusdam Angli adhibuit. eius codicis septies uicies apud Pamelium mentio fit, praeterea nulla. omnia religiose exscripsi. ceterum Pamelius totus fere a Gelenio pendet, quem ubicunque non attulero, Pamelii editionem cum Geleniana consentire scito.

Nullis libris manuscriptis adiuti Laurentius de la Barre et Franciscus Junius ea, quae de libris Tertullianeis supersunt, ediderunt, ille Parisiis anno MDLXXX, hic septendecim annis post Franekerae. nihil ille, qui recensionem Gelenianam typis rescribere satis habuit, pauca Junius ad emendandum de spectaculis librum contulit.

Palmam tulit Nicolaus Rigaltius libris Tertulliani bis Parisiis editis, primum anno MDCXXXIV, tum anno MDCXLI. secunda editione usus sum. is primus codice Agobardino diligentius excusso, ut tamen nonnulla se consulto non curasse confiteretur, ad optimum codicem uerba tertullianea, quantum potuit, restituit. quodsi parum recte nonnunquam rem egit, non hominis, sed temporum uitium est. in uariis, quas dicunt, lectionibus nisi ubi suo solius iudicio et auctoritate stat non commemorabitur.

Ex iis, qui post Rigaltium Tertulliani libris recensendis operam dederunt, Semlerus ad hunc quidem libellum in

pristinam integritatem restituendum nihil, perpauca, praecipue in uerbis melius dispungendis, Leopoldus contulit. de Oehlero alio loco quid existimarem exposui.[1])

Restat ut de hac mea libelli de spectaculis recensione quam potero paucissimis absoluam. atque de iis quae ipse praestiterim praestat tacere: feci ut potui. optima certe dos libelluli Augusto Reifferscheidio debetur, nouam dico eamque exactissimam codicis Agobardini collationem, quam uir in his litteris exercitatissimus et spectatissimus Parisiis exeunte mense Septembri liberaliter et benigne mihi misit. quo totius rei agendae fundamento certissimo si caruissem, librum innumeris mendis inquinatissimum recensere animum profecto non induxissem. ut enim res est, restituendorum, quantum fieri possit, ipsius Tertulliani uerborum unica spes in eo libro posita uidetur. codex autem tam misere laesus et margines laterarii magnam partem ita uiolati sunt, ut modo in foliis uersis prima quaeque uersuum uerba modo in foliis rectis extrema plane desiderentur. quae loca quot fere litteris expleantur Reifferscheidius punctis pro modulo lacunae positis significauerat. quae in codice correcta sunt, a prima manu correcta sunt praeter quam quod inscriptionem capitis quinti nouissima manus saeculi XVI. addidit, eadem sub finem capitis undetricesimi unum uocabulum deleuit. in uocabulis scribendis librarius sibi plane non constat.

[1]) in Hilgenfeldi ephemeridibus theologicis III. pagg. 82—100, 363—393.

A	=	cod. Agobardinus
—*A*	=	quid in A sit iam dinosci nequit
B	=	editio princeps Gangneii
mg	=	lectiones uariantes ad marginem editionis principis adscriptae
ϰ	=	codex Clementis
Gel	=	editio Sigismundi Gelenii
Urs	=	Fuluius Ursinus
Pam	=	editio Jacobi Pamelii
Leop	=	editio Leopoldi
Oehl	=	editio Francisci Oehleri

Qui status fidei, quae ratio ueritatis, quod praescriptum 1
disciplinae inter cetera saecularium errorum etiam spectaculorum uoluptates adimat, dei serui, cognoscite, qui cum maxime ad deum acceditis, recognoscite, qui iam accessisse uos testificati et confessi estis, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccet. tanta est enim uoluptatium uis, ut ignorantiam protelet in occasionem et conscientiam corrumpat in dissimulationem. ad utrumque adhuc forsan alicui opiniones ethnicorum blandiantur, qui in ista causa aduersus nos ita argumentari consuerunt: nihil obstrepere religioni in animo et in conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum uel aurium, nec uero deum offendi oblectatione hominis, qua saluo erga deum metu et honore suo in tempore et suo in loco frui scelus non sit. atquin hoc cum maxime paramus demonstrare, quemadmodum ista non competant uerae religioni et uero obsequio erga uerum deum. sunt qui existimant Christianos, expeditum morti genus, ad hanc obstinationem abdicatione uoluptatium erudiri, quo facilius uitam contemnant amputatis quasi retinaculis eius nec desiderent quam iam superuacuam sibi fecerunt, ut hoc consilio potius et humano prospectu, non diuino praescripto definitum existimetur. pigebat scilicet etiam perseuerantes in tantis uoluptatibus propter dominum mori.

1 quis *A B* 6 . . . . tium uis *A* uis uoluptatum *B* ut] ut et *B* 7 occansionem *A* 8 aut utrumque . adhuc *B* 9 blandiuntur *B* qui *Urs* . . . . *A* quae *B* 10 argumentari consuerunt nihil *scripsi* argumenta argum . . . . hil *A* argumenta argumentari consuerunt nihil *B* argumentari consueuerunt nihil *Gel* 11 in *om B* conscie . . . . ta *A* 12 uerbo *B* quo *B* 14 atqui in *B* 15 isthaec *B* 16 deum uerum *Gel* existiment *B* XX. sexpeditum *A* Christianum expeditum *B* 17 mortis *A* obstionem *A* 18 uoluptatum *B* 19 ne *B* superuacuum *B* 20 fecerint *B* 21 definitum *A mg* descriptum *B* 22 perseuerantis *A* tantis *om A* dño *A* deum *B*

quamquam etsi ita esset, tam apto consilio tantae obstinatio
2 disciplinae debebat obsequium. iam uero nemo est, qui non hoc quoque praetendat: omnia a deo instituta et homini attributa, sicut praedicamus, et utique bona, ut omnia boni auctoris; inter haec deputari uniuersa ista, ex quibus spectacula instruuntur, equum uerbi gratia et leonem et uires corporis et uocis suauitates; igitur neque alienum uideri posse neque inimicum deo, quod de conditione constet ipsius, neque cultoribus eius deputandum, quod ei non sit inimicum, quia nec alienum. plane et ipsae extructiones locorum, quod saxa, quod caementa, quod marmora, quod columnae, dei res sunt, qui ea ad instrumentum terrae dedit; sed et ipsi actus sub coelo dei transiguntur. quam sapiens argumentatrix sibi uidetur ignorantia humana, praesertim cum aliquid eiusmodi de gaudiis et de fructibus saeculi metuit amittere. plures denique inuenias, quos magis periculum uoluptatis quam uitae auocet ab hac secta. nam mortem etiam stultus ut debitam non extimescit, uoluptatem etiam sapiens ut tantam non contemnit, cum alia non sit et stulto et sapienti uitae gratia nisi uoluptas. nemo negat, quia nemo ignorat, quod ultro natura suggerit, deum esse uniuersitatis conditorem eamque uniuersitatem tam bonam quam homini mancipatam. sed quia non penitus deum norunt nisi naturali iure, non etiam familiari, de longinquo, non de proximo, necesse est ignorent, qualiter administrari aut iubeat aut prohibeat quae instituit, simul quae sint aemula ex aduerso adulterandis usibus diuinae conditionis, quia

1 quanquam *A* etsi *B* — *A* aperto *malo* obseruatio *x* ad obstinationem *Leop* 4 bona omnia ut *B* 6 instruuntur equum *Rig* ins........... quum *A* instruuntur cum *B* instruuntur circum *Gel* 8 dei *x* 9 cultoribus eius deputandum *scripsi* cul.......... deputandum *A* cultoribus dei putandum *B* cultoribus dei deputandum *Leop* cultoribus dei uitandum *x* 9 ei *scripsi* dei *A B* 11 sint *B* 15 *posterius* de *om A* admittere *A* 17 avocet *Gel* euocet *A B* 18 existim........ tatem *A* tantam] datam *Oehl* 19 contempn *A* *sequente litera quae utrum* o *fuerit an* e *iam non dinoscitur, praeterea evanuit litera subsequens* t *et uoces* cum alia 25 iubeat] aut iubeat aut prohibeat *Gel* iubeat *A* aut iuberet aut prohiberet *B* quae *B* cum *A* quae sint aemula *scripsi* .... mula *A* quae sit aemula *B* quae uis sit aemula *Urs* quis sit aemulus *Pam* 26 diuerso *B* qua *A*

neque uoluntatem neque aduersarium noueris eius quem minus noueris. non ergo hoc solum respiciendum est, a quo omnia sint instituta, sed a quo conuersa. ita enim apparebit, cui usui sint instituta, si appareat, cui non. multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem et interpolatorem. ceterum omnes species malorum, quae etiam ethnici ut indubitata et prohibent et defendunt, ex operibus dei constant. uides homicidium ferro ueneno magicis deuinctionibus perfici: tam ferrum dei res est quam herbae, quam angeli. numquid tamen in hominis necem auctor ista prouidit? atquin omnem homicidii speciem uno et principali praecepto interimit: non occides. proinde aurum aes argentum ebur lignum et quaecunque fabricandis idolis materia captatur quis in saeculo posuit nisi saeculi auctor deus? numquid tamen, ut haec aduersus ipsum adorentur? atquin summa offensa penes illum idololatria. quid non dei est quod deum offendit? sed cum offendit, dei esse desiit, et cum desiit, offendit. ipse homo, omnium flagitiorum actor, non tantum opus dei, uerum etiam imago est; et tamen et corpore et spiritu desciit a suo institutore. neque enim oculos ad concupiscentiam sumsimus et linguam ad maliloquium et aures ad exceptaculum maliloquii et gulam ad gulae crimen et uentrem ad gulae societatem et genitalia ad excessus impudicitiae et manus ad uim et gressus ad uagam uitam, aut spiritus ideo insitus corpori, ut insidiarum, ut fraudium, ut iniquitatium cogitato-

12 Exod. XX. 13

2 respiciendum est a quo *Urs* respicien . . . . *A* respiciendum est quo *B* 3 cui usui sint instituta *Rig* cuiusuis instituta *A* cuius ui sint instituta *B* 4 cuius non sint *B* 6 cęterum *A et sic fere semper* 7 ut *om B* indubitate *Gel* 8 constant uides *Fr. Iunius* constatuis *A* constant uis *B* constant scis *Ios. Scaliger* 9 deuotionibus *Coluius ad Apul. Metam. I. 8.* est *om A* 10 numquid — prouidit *om. A* nece est auctor. ita *B* prodidit *Meursius crit. Arnob. 235* 11 homicidiis *A* 12 interemit *B* 13 captatur *Gel* cap . . . . . *A* capiatur *B* 15 offensio *B* 16 idololatria est *B* quod dño *A* 18 actor *x* auctor *A B* 19 desciuit *B* 20 concupiscentias *B* 21 et linguam] neque linguam *Gel* 23 societatem *A x* satietatem *B* 23 & 24 impudicitiae — gressus *om. A* 25 corpori *Gel* cum corpore *B — A* et fraudum et iniquitatum *B*

rium fieret. non opinor. nam si omnem malignitatem et si † tantam malitiam excogitatam deus exactor innocentiae odit, indubitate quaecunque condidit non in exitum operum constat condidisse quae damnat, licet eadem opera per ea quae condidit administrentur, quando haec sit tota ratio damnationis, peruersa administratio conditionis a conditis. nos igitur, qui domino cognito etiam aemulum eius inspeximus, qui institutore comperto et interpolatorem una deprehendimus, nec mirari neque dubitare oportet: cum ipsum hominem, opus et imaginem dei, totius uniuersitatis possessorem, illa uis interpolatoris et aemulatoris angeli ab initio de integritate deiecerit, uniuersam substantiam eius, pariter cum ipso integritati institutam, pariter cum ipso in peruersitatem demutauit aduersus institutorem, ut, quam doluerat homini concessam, non sibi, in ea ipsa et hominem reum deo faceret et suam domina-
3 tionem collocaret. hac conscientia instructi aduersus opinionem ethnicorum conuertamur magis ad nostrorum detractatus. quorundam enim fides aut simplicior aut scrupulosior ad hanc abdicationem spectaculorum de scripturis auctoritatem exposcit et se in incertum constituit, quod non significanter neque nominatim denuntietur seruis dei abstinentia eiusmodi. plane nusquam inuenimus, quemadmodum aperte positum est: *non occides, non idolum coles, non adulterium, non fraudem admittes*, ita exerte definitum: non ibis in circum, non in theatrum, agonem, munus non spectabis. sed inuenimus ad hanc quoque speciem pertinere illam primam uocem Dauid:

22 & 23 Exod. XX. 13. 4. 14. 15.

2 tantum *Urs* —*A* *fortasse legendum* omnem 3 exitum] uanum *mg* operas *AB* 4 quos damnat *B* operae *A* 6 a conditis *om. A* 6 & 7 qui domino] quid non *B* qui deo *Rig* 7 inspicimus *B* 8 et interpolatorem *Oehl* .... ploratorem *A* etiam palatorem *B* etiam interpolatorem *Gel* neque *B* 9 dubitari *B* 10 & 11 illa uis interplorato .... ab initio *(ut vocabula* et aemulatoris *desint) A* illi interpolatoris et aemulatoris angeli ab initio *Gel* 11 deiecerint *Gel* 12 quin uniuersam *Urs* pariter cum ipso integritati institutam *solus A habet* 13 demutarit *Urs* demutatam *Gel* 15 do dominationem *A* 16 instructa *A* opiniones *B* 17 retractatus *Urs* 18 & 19 ab hac abdicatione *mg Gel* 24 ita est certe *Rig* in circum ibis *B* 25 expectabis *A*

felix uir, inquit, *qui non abiit in concilium impiorum et in via peccatorum non stetit nec in cathedra pestium sedit.* nam etsi iustum illum uidetur praedicasse, quod in concilio et in consessu Iudaeorum de negando domino consultantium non communicauit, late tamen semper scriptura diuina diuiditur, ubicunque secundum praesentis rei sensum etiam disciplina munitur, ut hic quoque non sit aliena uox a spectaculorum interdictione. si enim pauculos tunc Iudaeos impiorum concilium uocauit, quanto magis tantum conuentum ethnici populi? minus impii ethnici, minus peccatores, minus hostes Christi quam tunc Iudaei? quid quod et cetera congruunt. nam apud spectacula et in cathedra sedetur et in uia statur; uias enim et cardines uocant balteorum per ambitum et discrimina popularium per procliuum; cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad consessum situs. itaque e contrario ,infelix qui in quodcunque concilium impiorum abierit et in quacunque uia peccatorum steterit et in quacunque cathedra pestium sederit' generaliter dictum intellegamus. cum quid aliter, etiam specialiter interpretari capit. nam et specialiter quaedam pronuntiata generaliter sapiunt. cum deus Israelitas admonet disciplinae uel obiurgat, utique ad omnes habet; cum Aegypto et Aethiopiae exitium comminatur, utique in omnem gentem peccatricem praeiudicat. sic omnis gens peccatrix Aegyptus et Aethiopia, a specie ad genus, quemadmodum etiam omne spectaculum concilium impiorum, a genere ad speciem. ne quis argumentari nos putet, ad principalem auc- 4

1 Ps. I. 1.

1 uir *om B* consilium *A* 2 et in cathedra *B* non sedit *B* 4 sessu *A* de deo denegando *B* de necando domino *Rig* 6 ubicumque *A* 7 meunitur *B* haec *Urs* 9 & 10 populi impii et iniqui *B* populi ni pii ethnici *Gel* impii ethnici *Urs* 11 quid non et *Urs* quod et *B* quo et *Gel* 12 et in cathedra sedetur *addidi* in cathedra *B* 13 uocant cardines *B* uocant et cardines *Rig* balta eorum *A* 15 e contrario *Urs* —*A* contrario *B* 16 quodcumque *A* 18 pescium *A* 18 & 19 quid aliter etiam specialiter *B* aliter *om A* 19 et *om B* 20 capiunt *Meursius* 22 et thiopiae *A* exitum *A* utique *om B* 23 & 24 peccatr.. aegyptus *A* uocatur aegyptus *B* 24 et thiopia specie *A* 25 de origine spectaculorum *post* etiam *B* concilium impior *A* concilium uocat impiorum *B* genera *A*

toritatem conuertar ipsius signaculi nostri. cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suae uerba profitemur, renuntiasse nos diabolo et pompae et angelis eius ore nostro contestamur. quid erit summum atque praecipuum, in quo diabolus et pompae et angeli eius censeantur, quam idololatria? ex qua omnis immundus et nequam spiritus **** ut ita dixerim, quia **** nec diutius de hoc. igitur si ex idololatria uniuersam spectaculorum paraturam constare constiterit, indubitate praeiudicatum erit etiam ad spectacula pertinere renuntiationis nostrae testimonium in lauacro, quae diabolo et pompae et angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatrian. commemorabimus origines singulorum, quibus in cunabulis in saeculo adoleuerint, exinde titulos quorundam, quibus nominibus nuncupentur, exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur, tum loca, quibus praesidibus dicentur, tum artes, quibus auctoribus deputentur. si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatrian neque ad nostram eierationem per-
5 tinebit. de originibus quidem ut secretioribus ex ignotis penes plures nostrorum actis nec aliunde inuestigandum fuit quam de instrumentis ethnicalium litterarum. Extant auctores multi, qui super ista re commentarios ediderunt. ab his ludorum origo sic traditur: Lydos ex Asia transuenas in Etruria consedisse Timaeus refert duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. igitur in Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instituunt. inde Romani arcessitos artifices mutuantur, tempus, enuntiationem, ut ludi a Lydis uocarentur. sed etsi Varro ludos a ludo, id est a lusu, interpretatur, sicut et Lupercorum ludos appellabant, quod ludendo discurrant, tamen eum lusum iuuenum et diebus festis et templis et religionibus

4 ac *B* 5 pompe *A* 6 & 7 *lacunarum signa posui* 9 specula *A* 11 idololatriam *B* 12 incunabulis *B* ab incunabulis *Iunius* 13 quorundam *delet O. Iahnius* 15 tum *om A* 17 neque ad idololatrian *desunt in A* nique *ex* denique *A* 18 *spatium post* pertinebit *uacuum manus saec. XVI in A expleuit inscriptione* UNDE LUDI DICTI ex *scripsi* et *AB* 19 actis *Rig* artis *A* altius *B* non altius *Iunius* 20 ethnicarum *Gel* 22 ludos *A* 23 tymeus *A* ut Timaeus *Gel* tyrreno *A* 24 suo cesserat *Isidor Gel* ... cesserat *A* suo successerat *B* 25 specula *A* 26 accersitos *B* 27 Lydis] lulydis *A* luso *Isidor* 29 lupercorum *scripsi* lupercos *A B* ludios *Oehl*

reputat. nihil iam de caussa uocabuli, dum rei caussa idololatria sit. nam et cum promiscue ludi Liberalia uocarentur, honorem Liberi patris manifeste sonabant. Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium quod ei adscribunt demonstrata gratia uini. exinde ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. eundem enim et Consum uocant. dehinc Equiria quis? Marti Romulus dixit; quamquam et Consualia Romulo defendunt, quod ea Conso dicauerit deo, ut uolunt, consilii, eius scilicet, quo tunc Sabinarum uirginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitauit. probum plane consilium et nunc quoque inter ipsos Romanos iustum et licitum, ne dixerim penes deum. facit enim et hoc ad originis maculam, ne bonum existimes quod initium a malo accepit, ab impudentia a uiolentia et ab odio, a fratricida institutore, a filio Martis. et nunc ara Conso illi in circo demersa est ad primas metas sub terra cum inscriptione eiusmodi: CONSUS CONSILIO MARS DUELLO LARES † COILLO POTENTES. sacrificant apud eam nonis Iuliis sacerdotes publici, XII. Kalend. Septembres flamen Quirinalis et uirgines. dehinc idem Romulus Ioui Feretrio ludos instituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos et Capitolinos Piso tradit; post hunc Numa Pompilius Marti et Robigini fecit (nam et robiginis deam finxerunt); dehinc Tullus Hostilius, dehinc Ancus Martius et ceteri. quos quem per ordinem et quibus idolis ludos instituerint, positum est apud Suetonium Tranquillum, uel a quibus Tranquillus accepit. sed haec satis erunt ad originis de idololatria reatum. accedit 6

1 dum *A Isidor* quin *B* cum *Pam* 2 promiscuae *A* 4 & 5 demonstrata] pro demonstrata *B* demonstrati *Rig* 6 uocabant *B* 7 ecurria (c *ex* r) quis *A* equiria *B* 11 apud ipsos *B* 12 enim et hoc] et enim *B* 13 existimes *A Isidor* ex eis aestimes *B* 14 ab impudentia a uiolentia *Rig* ab impudentia a uiolentiae *A* ab impudentia uiolentiae *B* ab impudentis uiolentiae *Pam* ab impudenti a uiolenti *Leop* et *addidi* ab odio *Urs* alio deo *AB* 15 maritis *A* dem .... *A* adfossa est ad *B* defossa est ad *Gel* 16 huiusmodi *B* 17 COILLO *A* CUM ILLO *B* COMITIO *Gel* COMPITO *Heinsius ad Ouid. Fast. II, 616* 21 tradidit *B* 21 & 22 Marti et Robigini. nam et Robiginem deam finxerunt *Urs* marti et robiginis deam fixerunt *A* 23 quos quem *scripsi* quoque *AB* qui quotque *Urs* qui quos quem *Reifferscheidius* 24 instituerunt *B* 26 reatum DE TITULIS *inscriptio est in AB*

ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis praeferens, per quos signatum est, cui idolo et cui superstitioni utriusque generis ludi notarentur. Megalenses enim et Apollinares, item Cereales et Neptunales et Latiares et Florales in commune celebrantur; reliqui ludorum de natalibus et sollemnibus regum et publicis prosperitatibus et municipalibus festis superstitionis causas habent. inter quos etiam priuatorum memoriis legatariae editiones parentant, id quoque secundum institutionis antiquitatem. nam et a primordio bifariam ludi censebantur, sacri et funebres, id est deis nationum et mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos, sub quo nomine et titulo, dum ad eosdem spiritus perueniat, quibus renuntiamus. licebit mortuis, licebit deis suis faciant, faciunt perinde: mortuis faciunt; una condicio partis utriusque est, una idololatria, una renuntiatio nostra aduersus idololatrian.

7 communis igitur origo ludorum utriusque generis, communes et tituli, ut de communibus causis. perinde apparatus communes habeant necesse est de reatu generali idololatriae conditricis suae. sed circensium paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen: pompa praecedens, quorum sit in semetipsa probans de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de tensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuuiis ****. quanta praeterea sacra, quanta sacrificia praecedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moueantur, sciunt homines illius urbis, in qua daemoniorum conuentus consedit. ea si minore cura per prouincias

3 dolo *A* uniuscuiusque *Iunius* 4 enim *om B* 5 laciares *A* 6 solemnitatibus *B* 7 fastis *mg Gel* superstitionibusque *Heraldus* superstitiosis *Leop* 8 causas] causas originis *B* 13 renuntiauimus *Urs* 13 licet *B* 14 licet *B* faciant *addidi* faciunt] faciant *B* perinde *Reifferscheidius* proinde *A B* 15 mortuis faciunt] mortuis suis ut diis faciant *B* conditio *A sic semper* 16 idololatriam DE APPARATIBUS *inscriptio est in A B* 17 igitur *om A* 18 proinde *B* 19 raeatu *A* genitali *ϰ* 20 pompalior *Iunius* 21 propriae *A* praecedit *Gel* in semelipsa *A* semetipsa *Reifferscheidius* 22 probat *Rig* 23 armamaxis] . . . . s *A* 25 quod collegia *A* quod officia *A*

pro minoribus uiribus administrantur, tamen omnes ubique circenses illuc deputandi, unde et petuntur, inde inquinantur, unde sumuntur. nam et riuulus tenuis ex suo fonte et surculus modicus ex sua fronde qualitatem originis continet. Uiderit ambitio siue frugalitas eius. scilicet deum offendit qualiscunque pompa circi: etsi pauca simulacra circumferat, in uno idololatria est; etsi unam tensam trahat, Iouis tamen plaustrum est; quaeuis idololatria, uel sordide instructa uel modice, locuples et splendida est censu criminis sui. ut et 8
de locis secundum propositum exequar, circus Soli principaliter consecratur. cuius aedes in medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non putauerunt sub tecto consecrandum quem in aperto habent. qui spectaculum primum a Circa habent, Soli patri suo, ut uolunt, editum affirmant; ab ea et circi appellationem argumentantur. plane uenefica eis utique negotium gessit hoc nomine, quorum sacerdos erat, daemoniis et angelis scilicet. quot igitur in habitu loci illius idololatrias recognoscis? singula ornamenta circi singula templa sunt. oua honori Castorum adscribunt qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescunt. delphines Neptuno uomunt, columnae Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutulinas a tutela fructuum sustinent; ante eas tres arae trinis deis parent, magnis potentibus ualentibus. Eosdem Samothracas existimant. obelisci enormitates, ut Hermateles adfirmat, Soli prostitutas. scriptura eius unde eius et census: de Aegypto superstitio est. frigebat daemonum concilium sine

3 et *om Rig* 5 scilicet *scripsi* sit *A* quod *B* quo *Pam* si *Oehl* 8 *prius* uel *addidi* 9 et *om Pam* sed *B* DE LOCO *inscriptio est in A B* 11 aedis *A* in medio *Isidor* medio *A B* 12 putauerint *B* 13 qui] quod *B* Circe *B* 14 ut uolunt *om A* aeditum *A* 15 uenefica eis *Gel* beneficia eius *A B* 16 eorum nomine? sacerdos erat] sacerdo . . . (sos *erasum uidetur*, erat *deest*) *A* 17 ipsius *B* 20 de cygno *Isidor B* decus cygno *A* delphinos *Gel* 20 & 21 uomunt columnas *B* uouent columnas *Gel* 21 Seias *Scheiffelius* (*in Pauli Encycl. real. VI, 912*) 22 Tutelinas *Pam* tutelis *B* ante eas *scripsi* ante as *A* anteas *B* ante has *Gel* tinis *A* 23 ualentibus *om A* 24 enormitates *A mg* enormitas *B* Hermateles *A mg Gel* Termateles *B* Hermapion *Cerda* Demoteles? 25 prostitutas *A mg* prostituta *B* eius et] eius *B* 26 demonum *A*

sua Matre Magna; ea itaque illic praesidet euripo. Consus, ut diximus, apud metas sub terra delitescit Murcias. eas quoque idolum fecit: Murciam enim deam amoris uolunt, cui in illa parte aedem uouerunt. animaduerte, Christiane, quot numina immunda possederint circum. aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupauerunt. de locis quidem locus est retractandi ad praeueniendam quorundam interrogationem. quid enim, inquis, si alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? nulla est praescriptio de locis. nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinae adire seruus dei potest, urguente causa simplici dumtaxat, quae non pertineat ad proprium eius loci negotium uel officium. ceterum et plateae et forum et balneae et stabula et ipsae domus nostrae sine idolis omnino non sunt: totum saeculum satanas et angeli eius repleuerunt. non tamen quod in saeculo sumus, a deo excidimus, sed si quid de saeculi criminibus attigerimus. proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator uel adorator intrauero, a deo excidam, quemadmodum circum uel theatrum spectator. loca nos non contaminant per se, sed quae in locis fiunt, a quibus et ipsa loca contaminari altercati sumus: de contaminatis contaminamur. propterea autem commemoramus, quibus eiusmodi loca dicentur, ut eorum demonstremus esse quae in iis locis fiunt,

9 quibus ipsa loca dicantur. nunc de artificio quo circenses exhibentur. res equestris retro simplex: de dorso agebatur, et utique communis usus reus non erat. sed cum ad ludos coactus est, transiit a dei munere ad daemoniorum officia. itaque Castori et Polluci deputatur haec species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. sed et Neptunus

1 ea] et *A* 2 Murtias *B semper* 2 & 3 eas quoque *scripsi* has quoque *Rig* quoque *AB* 3 amoris *Gel* marmoris *ex* mormoris *A* marmoris *B* marcoris *Rig* 4 uouer̃ *A* uouere *B* quod *AB* quot *Gel* 5 numina *Isidor* nomina *AB* inmunda *A* 11 urgente *B* 12 proprium *om A* 18 serapaeum *A* uel] et *B* 19 loca] et si loca *B* 20 quaeque *B* 21 & 22 de contaminatis contaminamur *om A* 23 in his *B* 24 DE ARTE CIRCI *inscriptio est in AB* circenses *ex* circensex *A* 26 reatus *Isidor* 27 transiit *x* trasiit *A* transit *B* demoniorum *A* 28 aequos *A*

equestris est, quem Graeci *ἵππιον* appellant. seiugas uero Ioui, quadrigas Soli, bigas Lunae sanxerunt. sed et

> Primus Erichthonius currus et quatuor ausus
> Iungere equos rapidusque rotis insistere uictor.

Erichthonius, Mineruae et Uulcani filius, et quidem de caduca in terram libidine, portentum est daemonicum, immo diabolus ipse, non coluber. si uero Trochilus Argiuus auctor est currus, primae Iunoni id opus suum dedicauit. si Romae Romulus quadrigam primus ostendit, puto et ipse inter idola conscriptus est, si idem est Quirinus. talibus auctoribus quadrigae productae merito et aurigas coloribus idololatriae uestierunt. nam equi initio duo soli fuerunt, albus et russeus. albus hiemi ob niues candidas, russeus aestati ob solis ruborem uoti erant. sed postea tam uoluptate quam superstitione prouecta russeum alii Marti, alii album Zephyris consecrauerunt, prasinum uero Terrae matri uel uerno, uenetum Coelo et Mari uel autumno. cum autem omnis species idololatriae damnata sit a deo, utique etiam illa damnatur, quae elementis mundialibus profanatur.
transeamus ad scenicas res, quarum et originem 10
communem et titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem et administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. apparatus etiam ex ea parte consortes, qua ad scenam a templis et aris et illa infelicitate thuris et sanguinis inter tibias et tubas itur, duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, dissignatore et haruspice. ita cum de ori-

3 Uirgil. Georg. III. 113

1 hip............gas lunae *A* seiugas *scripsi cum Isidoro* de iugo *B om Rig* 2 Ioui *addidi ex Isidoro* 3 ericthonius *A* 4 ausus iungere aequos *A* equos ausus iungere *B* rapidisque *Urs* 5 ericthonius *A* uulgani *A* 6 caduta *A* 7 Trochilus *Pam* ut prophylus *A mg* ut Acrophilus *B* Acrophilus *Gel* 8 patriae *Urs* primi *Oehl* sum *A* 12 nam aequi initio *A* nam initio equi *B* et ab initio equi *Urs* et ab initio *Gel* namque initio *Salmasius* 12 & 13 russeus *A mg* roseus *B Isidor* 14 et *A* 15 roseum *B Isidor* mati *A* 16 uero *A* 16 & 17 uenetum Coelo et Mari uel autumno *om A* 19 DE THEATRO *inscriptio est in A B* scaenicas *A B* 21 et administrationem *om A* 22 & 23 qua ad scaenam . nam a templis *Rig* quae ad scaenam spectant, a templis *B* quae ad scaenam spectat: nam a templis *Gel* 25 dissignatore *A B κ* designatore *Rig* de originibus ludorum *om A*

ginibus ludorum ad circenses transimus, inde nunc ad scenicos ludos dirigemus. a loci uitio theatrum proprie sacrarium Ueneris est. hoc denique modo id genus operis in saeculo euasit. nam saepe censores nascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia prouidebant, ut iam hic ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens et nobis in exaggerationem disciplinae etiam humanae praerogatiua. itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor cum illam cortem omnium turpitudinum extruxisset, ueritus quandoque memoriae suae censoriam animaduersionem, Ueneris aedem superposuit et ad dedicationem edicto populum uocans non theatrum, sed Ueneris templum nuncupauit, cui subiecimus, inquit, gradus spectaculorum. ita damnatum et damnandum opus templi titulo praetexit et disciplinam superstitione delusit. sed Ueneri et Libero conuenit. duo ista daemonia conspirata et coniurata inter se sunt ebrietatis et libidinis. itaque theatrum Ueneris Liberi quoque domus est. nam et alios ludos scenicos Liberalia proprie uocabant, praeterquam Libero deuotos, quod sunt Dionysia penes Graecos, etiam a Libero institutos. et est plane in artibus quoque scenicis Liberi et Ueneris patrocinium. quae priuata et propria sunt scenae, de gestu et corporis fluxu mollitiae Ueneris et Liberi immolant, illi per sexum, illi per fluxum dissolutis. quae uero uoce et modis et organis et litteris transiguntur, Apollines et Musas et Mineruas et Mercurios mancipes habent. oderis, Christiane, quorum auctores non potes non odisse. iam nunc uolumus suggerere

1 transiimus *Iunius* scaenicos *A B* 2 dirigimus *B* a loci initio *Rig* a loci . initio *Oehl* proprie *om A* 4 renascentia *B* 5 corum *A* 6 ingens *om A* hinc *B* 7 nobiss *(altera* s *erasa) A* 10 cortem *M. Hauptius* sortem *A mg* arcem *B* exstru ...... *A* 12 et *om A* 14 inquid *A* 15 praetexuit *B* praeterquam quod? 20 quae *Scaliger* etiam] sed iam *A* DE ARTIBUS SCAENICIS *inscriptio est in A B* 21 scaenicis *A* 22 priuata *A B Isidor* priua *Iunius* scae... *A* 23 fluxu *A* x flexu *B* mollitiae Ueneris et Lib... *A* mollitiam Ueneri et Libero *B Isidor* 24 illi per fluxum *om A* illi per luxum *Urs* dissolutis. quae *B* dissoluti . sque *A* dissoluti. quae *Isidor* 25 litteris *A B* lyris *Isidor Pam* 26 oderis *Gel* odor .. *A* odoris *B* Christiane — odisse *om A, legit Isidor* 27 DE ARTIBUS *inscriptio est in A B*

de artibus et de his, quae eorum auctorum in nominibus exsecramur. scimus nihil esse nomina mortuorum, sicut et ipsa simulacra eorum; sed non ignoramus, qui sub istis nominibus, institutis, simulacris operentur et gaudeant et diuinitatem mentiantur, nequam spiritus scilicet, daemones. uidemus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum earum, nec ab idololatria uacare, quarum institutores etiam propterea dei habentur. immo quod ad artes pertinet, altius praescripsisse debemus, daemonas ab initio prospicientes sibi inter cetera idololatriae etiam spectaculorum inquinamenta, quibus hominem a domini misericordia auocarent et suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. neque enim ab aliis procuratum fuisset quod ad illos peruenturum esset, nec per alios tunc homines edidissent quam per ipsos, in quorum nominibus et imaginibus et historiis fallaciam consecrationis sibi negotium facturae constituerunt. ut ordo peragatur, ineamus etiam agonum retractatum. origo istis de 11
ludorum propinquitate est. inde et ipsi sacri uel funebres instituti aut deis nationum aut mortuis fiunt. proinde tituli: Olympia Ioui, quae sunt Romae Capitolina, item Herculi Nemea, Neptuno Isthmia, ceteri mortuorum uarii agones. quid ergo mirum, si uel apparatus agonum idololatria conspurcat de coronis profanis, de sacerdotalibus praesidibus, de collegiariis ministris, de ipso postremo boum sanguine? ut de loco suppleam communi, pro collegio artium Musicarum et Minerualium

1 quae eorum *scripsi* quorum *A B* quarum *Iunius* auctores *B* 2 et] ne *B* nec *Gel* 4 institutis] et institutis *B* 6 honeribus *A* oneribus *mg* dica...se *A* 7 earum *om A* nec *om B* uacare] non uacare *B* 8 dii *A B* quod artes pertinent *A* 9 perscripsisse *B* 10 caetera *A* 11 a domini misericordia auocarent *scripsi* a dõmĩa uo...... *A* a deo auocarent *B* 12 et eiusmodi? 13 procuratum *A mg* praeoccupatum *B* 16 facturae *scripsi* acturae *A B* constituerant *κ* DE AGONIBUS *inscriptio est in A B* 19 diis *A B* proinde tituli *A κ Pam* proinde *B* 20 cui *Cerda* capitolia *A* 21 nemaea *B* sthmia *A* mortuorum uarii *κ mg* mortuarii *A* mortuarii uarii *B* 22 si uel *scripsi* si ut *A* sicut *B* si *Gel* si et *Oehl Reifferscheidius* idololatriae *B* conpurcat *A* conspurcatur *Reifferscheidius* 24 & 25 suppleam communi *Scaliger* suppleam at de loco communi *A B*

et Apollinarium, etiam Martialium per duellum, per tubam in stadio circum aemulantur, quod utique templum est et ipsum eius idòli, cuius sollemnitates agit. sed et gymnicas artes Castorum et Herculum et Mercuriorum disciplinae prodiderunt.

12 superest illius insignissimi spectaculi et receptissimi recognitio. munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. officium autem mortuis hoc spectaculo facere se ueteres arbitrantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperauerunt. nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captiuos uel mali status seruos mercati in exequiis immolabant. postea placuit impietatem uoluptate adumbrare. itaque quos parauerant armis, artibus quibus tunc et qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. ita mortem homicidiis consolabantur. haec muneri origo. sed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam et crudelitatem, quia feriarum uoluptati satis non fiebat nisi et feris humana corpora dissiparentur. quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur; quae species proinde idololatria est, quoniam et idololatria parentationis est species: tam haec quam illa mortuis ministrat. in mortuorum autem idolis daemonia consistunt. ut et titulos considerem, licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores uiuentium, quaesturas dico et magistratus et flaminia et sacerdotia, cum tamen nominis dignitas idololatriae crimine teneatur, necesse est quicquid dignitatis nomine administratur communicet etiam maculas eius, a qua habet causas. idem de apparatibus interpretabimur in ipsorum honorum suggestu deputandis, quod purpurae, quod fasces, quod uittae, quod coronae, quod denique

1 per duellum *om A* 1 & 2 in stadio *Oehl* .. statio *A* aut stadio *B* ut stadio *Gel* aemulentur *Gel* 3 eius idoli *A* *x* idoli *B* sollempnitates *A* gymnica *Gel.* 5 DE MUNERE *inscriptio est in A B* insignissimi *ex* insignissimis *A* et *addidi* sed *Iunius* atque *Leop* ac *Oehl* 8 arbitrabantur *B* 10 mali status *Rig* .... tus *A* malo ingenio *B* 13 artibus *addidi* 15 muneris *B* 17 feriarum *scripsi* ferarum *A B* ferorum *Reifferscheidius* ferrum *x* uoluptati *ex* uoluptatis *A* fiebat] faciebat *x* 22 consideremus *B* 26 quidquid *B* 28 interpraetabimur *A* 29 purae *A* fasces *B* fasciae *Pam* — *A*

contiones et edicta et pultes pridianae sine pompa diaboli, sine inuitatione daemonum non sunt. quid ego de horrendo loco perorem, quem nec*** iniuria sustinent? pluribus enim et asperioribus numinibus amphitheatrum consecratur quam Capitolium: omnium daemonum templum est. tot illic immundi spiritus considunt, quot homines capit. ut et de artibus concludam, Martem et Dianam utriusque ludi praesides nouimus.

Satis, opinor, impleuimus ordinem, quot et quibus modis spec- 13
tacula idololatrian committant, de originibus, de titulis, de apparatibus, de locis, de sacrificiis, quo certi simus nulla ex parte competere nobis ea, qui idolis renuntiamus. non quod idolum sit aliquid, ut apostolus ait, sed quoniam quae faciunt daemoniis faciunt, consistentibus scilicet in consecrationibus idolorum siue mortuorum siue, ut putant, deorum. propterea igitur, quoniam utraque species idolorum condicionis unius est, dum mortui et dei unum sunt, utraque idololatria abstinemus. nec minus templa quam monumenta despuimus, neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus, non sacrificamus, non parentamus. sed neque de sacrificio et parentato edimus, quia non possumus coenam dei edere et coenam daemoniorum. si ergo gulam et uentrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis augustiora nostra, et aures et oculos, ab idolothytis et necrothytis uoluptatibus abstinemus, quae non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu et anima digeruntur, quorum munditia magis ad deum pertinet quam intestinorum. nunc interposito † nomine idololatriae, quod solum 14

12 1 Cor. VIII. 4, X. 19. 20 20 1 Cor. X. 21

1 conciones *B* 2 ergo *B* horrido *B* loco *om A* 3 *lacunae signum posui* periuria *B* 4 numinibus *Lipsius* nominibus *A B* 7 praesides . nouimus *A* 8 satis opinor impleuimus *om A* 9 idololatriam *B* 10 artificiis *Iunius* quo *Gel* quod *A B* sumus *B* 11 compere *A* qui idolis] quibus idolis *B* qui bis idolis *Urs* renuntiauimus *B* 12 ut *om Oehl* quoniam quae] quo....... *A* quod quae *B* 16 et dei *mg* et dĩ *A* et alii *B* et dii *Gel* 17 dispuimus *A* aram *om A* 19 sacrificato *B* 20 caenam *A fere semper* 22 magis] mis *A* et aures et oculos *scripsi* .... et oculos *A* oculos et aures *B* 23 negrothytis *A* 24 sed —digeruntur *om A* 25 intestimurum *A* 26 nomine *Urs* nosse ne *A B* nosse de *Pam* interposito noscimine? idolatria *Gel Pam*

subiectum sufficere debet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex abundanti, propter eos maxime qui sibi blandiuntur quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit. quasi parum etiam de spectaculis pronuntietur, cum concupiscentiae saeculi damnantur. nam sicut pecuniae uel dignitatis uel gulae uel libidinis uel gloriae, ita et uoluptatis concupiscentia est; species autem uoluptatis etiam spectacula. opinor, generaliter nominatae concupiscentiae continent in se ut uoluptates, aeque generaliter intellectae uoluptates specialiter et in spectacula disseruntur. ceterum rettulimus supra de lócorum condicione, quod non per semetipsa nos inquinent, sed per ea quae illic geruntur, per quae, simul inquinamentum combiberunt, tunc iterum in alteros respuunt. uiderit ergo, ut diximus, principalis titulus, idololatria; reliquas ipsarum rerum qualitates contra, ut dei omnes, feramus. deus praecepit spiritum sanctum, utpote pro naturae suae bono tenerum et delicatum, tranquillitate et lenitate et quiete et pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. huiusmodi cum spectaculis poterit conuenire? omne enim spectaculum sine concussione spiritus non est. ubi enim uoluptas, ibi studium, per quod scilicet uoluptas sapit; ubi studium, ibi aemulatio, per quam studium sapit. porro et ubi aemulatio, ibi et furor et bilis et ira et dolor et cetera ex his, quae cum his non competunt disciplinae. nam et si quo modo honeste probes spectaculis frui pro dignitatis uel aetatis uel

15 Ephes. IV. 30

1 subiectum] subiici cum *B* deberet *B* 4 de litteris *mg* 8 nomina *κ* 9 ut] et *B* aeque generaliter intellectae uoluptates *om A* 10 differuntur *Cerda* retulimus *B* 11 conditione *A* per semetipsa nos] per semet sanos *A* 13 combiberint *B* iterum *scripsi* et tantum *A* et *B* in alteros respuunt *B* alter ore spuunt *A* ergo *om A* 14 idololatriae *B* 14 & 15 rerum ipsarum *B* 15 contra ut dei omnes feramus *scripsi* contra dei omnes feramus *A* contrarios omnes feramus dei *B* contrariis omnes feramus *Gel* contrariis conferamus *Latinius* 16 natarae *(sic)* suae *A* 18 & 19 huius modi cum *scripsi* huic modicum *A mg* huic quomodo cum *B* 19 enim *om A* 21 ibi studium] ibi et studium *B* 22 ibi aemulatio] ibi et aemulatio *B* 22 & 23 per quam — ubi aemulatio *om A* 24 quae cum his *om A* cum iis *malim* cum his *B* conpetunt *A* 24 & 25 et si qui modeste et probe *B* fruitur *B* uel aetatis *om A*

etiam naturae suae condicione, non tamen immobilis animi est et sine tacita spiritus passione. nemo ad uoluptatem uenit sine affectu, nemo affectum sine casibus suis patitur. ipsi casus incitamenta sunt affectus. ceterum si cessat affectus, nulla est uoluptas, et est reus iam ille uanitatis eo conueniens, ubi nihil consequitur. sed, puto, etiam uanitas extranea est nobis. quid quod ipse se iudicat inter eos positus, quorum se simul nolens utique detestatorem confitetur? nobis satis non est, si ipsi nihil tale facimus, nisi et talia factitantibus non conferamur. si furem, inquit, uidebas, concurrebas cum eo. utinam ne in saeculo quidem simul cum illis moraremur. sed tamen in saecularibus separamur, quia saeculum dei est, saecularia autem diaboli. cum ergo furor interdicitur nobis, 16
ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor praesidet. aspice populum ad spectaculum iam cum furore uenientem, iam tunc tumultuosum, iam caecum, iam de sponsionibus concitatum. tardus est illi praetor, semper oculi in urna eius cum sortibus uolutantur. dehinc ad signum anxii pendent, unius dementiae una uox est. cognosco dementiam de uanitate: misit, dicunt et nuntiant inuicem quod simul ab omnibus uisum est. teneo testimonium caecitatis: non uident missum quid sit, mappam putant; sed est diaboli ab alto praecipitati gula. ex eo itaque itur in furias et animos et discordias et quicquid non licet sacerdotibus pacis. inde maledicta, conuicia sine iustitia odii, etiam suffragia sine merito amoris. quid enim suum consecuturi sunt, qui illic agunt, qui sui non sunt? nisi forte hoc solum, per quod sui non

10 Ps. XXXXIX. 18 26 cf. Matth. XX. 14

1 & 2 immobili animi et sine *A* immobilis animi est sine *B* immobili animo est sine *ϰ* 2 tatita *A* 3 ipse *A* 4 ceterum — affectus *om A* 6 sed puto] sed puto autem *A* puto autem *B* sed puto item *Hildebrandus* 7 ipse] et ipse *B* 8 simul *A mg* similem *B* 9 faciamus *B* factitantibus *ϰ* facitantibus *A* facientibus *B* 10 non *om A* 12 secularibus *A* saeparamur *A* 13 secularia *A* 14 omnis *A* 15 ad id spectaculum *B* 16 tunc *om B* 16 & 17 desponsionibus *A* 18 ad *om A* 19 cognosce *B* 23 gula] figura *B* animo sed *A* 24 & 25 Iude maledicti *A* 26 suum consecuturi sunt] consecuturi sint suum *B* consecuturi suum *Gel Urs* qui illic *B Urs* illic *A Gel*

sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate laetantur. quicquid optant, quicquid abominantur, extraneum ab iis est; ita et amor apud illos otiosus et odium iniustum. an forsitan sine causa amare liceat quam sine causa odisse? deus certe etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligi iubet; deus etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici praecipit. sed circo quid amarius, ubi ne principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? si quid horum, quibus circus furit, alicubi competit sanctis, etiam in circo
17 licebit, si uero nusquam, ideo nec in circo. similiter pudicitiam omnem amare iubemur. hoc igitur modo etiam a theatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitiae, ubi nihil probatur quam quod alibi non probatur. ita summa gratia eius de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam mimus etiam per muliebres res praesentat, sensum sexus et pudoris exterminans, ut facilius domi quam in scena erubescant, quam denique pantomimus a pueritia patitur, ex corpore ut artifex esse possit. ipsa etiam prostibula, publicae libidinis hostiae, in scena proferuntur, plus miserae in praesentia feminarum, quibus solis latebant, perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur; locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, praedicatur, etiam (taceo de reliquis) quae in tenebris et in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. erubescat senatus, erubescant

2 quicquid optant *om A* quicquid abominantur] quidquod abominantur *A* 3 ab illis *B* 4 et forsitan *Gel* an fors sit tam *Rig* at forsitan *Leop* 6 sinit *ex* sint *A* 7 quid *om A* 9 circ̄us *(sic) A* alicubi *ABϰ* aliubi *Gel* 10 & 11 pudicitiam omnem amare iubemur *scripsi* nec inpudicitiam omnem amare iubemur *A* impudicitiam omnem amoliri iubemur *B* nec impudicitiam omnem amandare iubemur? *Oehl* 11 & 12 etiam·li heatro *A* 12 inpudicitiae *A* impudentiae *mg* 13 quam *om A* 15 gesticulator *Latinius Pam* per muliebres res praesentat *scripsi* per muliebres repraesentat *AB* per mulieres repraesentat *Gel* 16 sensum sexus et pudoris *scripsi* sexus et pudoris *A* sexum pudoris *B* 17 quam in scena erubescant *Gel* quam scaenae erubescant *B in A haec omissa sunt* 18 patitur in corpore, ut *B* 18 & 19 prostribula *A* 19 libidinis *ex* libininis *A* scaena *A* 20 quibus so solis *A* per quae *AB* 22 etiam taceo] taceo *Gel* 23 quae in] etiam quae sn *(sic) A* etiam quae in *B* ea quae in *Gel* 24 erubescat senatus *om A*

ordines omnes; ipsae illae pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem et populum expauescentes semel anno erubescant. quodsi nobis omnis impudicitia exsecranda est, cur liceat audire quod loqui non licet, cum etiam scurrilitatem et omne uanum uerbum iudicatum a deo sciamus? cur aeque liceat uidere quae facere flagitium est? cur quae ore prolata communicant hominem, ea per aures et oculos admissa non uideantur hominem communicare, cum spiritui appareant aures et oculi nec possit mundus praestari, cuius apparitores inquinantur? habes igitur et theatri interdictionem de interdictione impudicitiae. si et doctrinam saecularis litteraturae ut stultitiae apud deum deputatam aspernamur, satis praescribitur nobis et de illis speciebus spectaculorum, quae saeculari litteratura lusoriam uel agonisticam scenam dispungunt. quodsi sunt tragoediae et comoediae scelerum aut libidinum actrices cruentae et lasciuae, impiae et prodigae, nullius rei aut atrocis aut uilis commemoratio melior est: quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum. quodsi et stadium contendas in 18
scripturis nominari, sane obtinebis. sed quae in stadio geruntur, indigna conspectu tuo non negabis, pugnos et calces et colaphos et omnem petulantiam manus et quamcunque humani oris, id est diuinae imaginis, depugnationem. non probabis usquam uanos cursus et iaculatus et saltus uaniores, nusquam tibi uires aut iniuriosae aut uanae placebunt, sed nec cura facticii corporis, ut plasticam dei supergressa, et propter Graeciae otium altiles homines oderis. et palaestrica diaboli negotium est:

18 1 Cor. IX. 24

1 interemptrices *AB* 2 annon *B* erubescunt *B* 3 execranda *B* 4 quae *B* 5 iudicatum iri *Urs* 7 oculos et aures *B* 10 & 11 pudicitiae *A* 11 sin *Gel* secularis *A* 12 nobis *om A* 13 speciebus et de spectaculorum *A* 13 & 14 lusorium uel agonisticum schema *Scaliger* 14 scaenam *A* quodsi sunt *scripsi* quod sint *A B* quodsi *Urs* 15 comoediae *ex* comediae *A* et libidinum *B* actrices *Urs* auctrices *A B* 16 aut atrocis aut uilis *om A* 17 reicitur *ex* reigitur *A manu alia* 19 non nominari (non *eras.*) *A* 20 conspectui *B* 21 quaecũque *A* humanioris *Pam* 23 et saltus *om A* uires] res *A* 24 factitii *B* 25 supergressa et *A* supergressae *B* otium Graeciae *Pam* 26 palestrica *A*

primos homines diabolus elisit. ipse caestus colubrina uis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum. nullus tibi coronarum usus est; quid de coronis
19 uoluptates aucuparis? exspectabimus nunc et amphitheatri repudium de scripturis? si saeuitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus in amphitheatrum. si tales sumus quales dicimur, delectemur sanguine humano. bonum est cum puniuntur nocentes. quis hoc nisi tamen nocens negabit? et tamen innocens de supplicio alterius laetari non potest, cum magis competat innocenti dolere, quod homo, par eius, tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur. quis autem mihi sponsor est, nocentes semper uel ad bestias uel ad quodcunque supplicium decerni, ut non innocentiae quoque inferatur aut ultione iudicantis aut infirmitate defensionis aut instantia quaestionis? quam melius ergo est nescire cum mali puniuntur, ne sciam et quum boni pereunt, si tamen bonum sapiunt. certe quidem gladiatores innocentes in ludum ueneunt, ut publicae uoluptatis hostiae fiant. etiam qui damnantur in ludum, quale est ut de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant? sed haec ethnicis respondi. ceterum absit ut de istius spectaculi auersione diutius discat Christianus. quamquam nemo haec omnia plenius exprimere potest nisi qui adhuc spectat. malo non implere quam memi-
20 nisse. quam uana igitur, immo desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiuersatione amittendae uoluptatis obtendunt nullam eius abstinentiae mentionem specialiter uel localiter in scripturis determinari, quae directo prohibeat eiusmodi conuen-

1 ipsi *A* caestus *scripsi* gestus *AB* 2 ocupandum *A* 3 delabendum *B* 4 nunc ut et *B* ampitheatri *A* 5 scripturis petamus *B* seui .... *A* 6 & 7 ampitheatrum *A* 7 & 8 si tales sumus quales sumus quales dicimur sanguinis humani *A* 8 & 9 nisi tantum *B* nisi *Gel* 9 innocens *A mg* innocentes *B* 10 potest *A mg* oportet *B* cõmpetat *A* 13 quodcumque *A* 15 defensionis *A mg* defendentis *B* 16 mali] alii *A* nesciam *B* 18 ueniunt *B* 19 de *om A* 20 haec *om A* 22 quanquam *A* 23 malum *B* 25 tergiuersationem *B* amittendae *Rig* admittendae *AB* optendunt *A* 26 uel localiter *om A* 27 qua *Oehl* prohibeat *Urs* prohibent *A* prohibeant *B Oehl*

tibus inseri seruum dei. nouam proxime defensionem suauiludii cuiusdam audiui. sol, inquit, immo ipse etiam deus de coelo spectat nec contaminatur. sane, sol et in cloacam radios suos defert nec inquinatur. utinam autem deus nulla flagitia hominum spectaret, ut omnes iudicia euaderemus. sed spectat et latrocinia, spectat et falsa et adulteria et fraudes et idololatrias et spectacula ipsa. et idcirco ergo nos non spectabimus, ne uideamur ab illo qui spectat omnia? comparas, homo, reum et iudicem, reum, qui, quia uidetur, reus est, iudicem, qui, quia uidet, iudex est. numquid ergo et extra limites circi furori studemus et extra cardines theatri impudicitiae intendimus et insolentiae extra stadium et immisericordiae extra amphitheatrum, quoniam deus etiam extra cameras et gradus et aperturas oculos habet? erramus: nusquam et nunquam excusatur quod deus damnat, nusquam et nunquam licet quod semper et ubique non licet. haec est ueritatis integritas et, quae ei debetur, disciplinae plenitudo et aequalitas timoris et fides obsequii, non immutare sententiam nec uariare iudicium. non potest aliud esse, quod uere quidem est bonum seu malum. Omnia autem penes ueritatem dei fixa sunt. ethnici, quos 21
penes nulla est ueritatis plenitudo, quia nec doctor ueritatis deus, malum et bonum pro arbitrio et libidine interpretantur: alibi bonum quod alibi malum, et alibi malum quod alibi bonum. sic ergo euenit, ut quis in publico uix necessitate uesicae tunicam leuet, idem in circo aliter non † exuet, nisi totum pudorem in faciem omnium intendit, ut et qui filiae uirginis ab omni spurco uerbo aures tuetur, ipse eam in

1 inseri *A mg* interesse *B* suadiludii *Latinius* 2 audiui *om A* inquid *B* etiam ipse *B* 3 plane *B* 5 uti *A* iudicium *B* 7 et idcirco] idcirco *B* 8 omnia spectat *B* compares *Pam* 11—13 impudicitiae — amphitheatrum *om A* 12 stadium *Gel* studium *B* 13 quoniam] quod *B* etiam *om A* 14 aperturas *scripsi* apulias *AB* ἐπαυλίας *Urs* nũquam *A* 15 numquam *A* 18 inmutare *A* 20 penes uos ueritate defixa sunt *ϰ* 21 nulla sit ueritas *A* 22 et] ac *B* et] ac *B* interpraetatur *A* 23 & 24 et alibi malum quod alibi bonum *om A* 24 sic] si *B* qui *Gel* 25 exuet *AB* exuat *Urs* exsultet *Gel* 26 intendit *A mg* intentet *B* ut et qui] et qui *Gel* ut qui *Urs*

theatrum ad illas uoces gesticulationesque deducat, et qui in plateis litem manu agentem aut compescit aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat, et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa et dissipata et in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat, immo qui propter homicidae poenam probandam ad spectaculum non uenit, idem gladiatorem ad homicidium flagellis et uirgis compellat inuitum, et qui indigniori cuique homicidae leonem poscit, idem gladiatori atroci expetat rudem et pilleum praemium conferat, **** illum uero confectum etiam oris spectaculo repetat, libentius recognoscens de proximo quem uoluit occidere de longinquo, tanto durior,
22 si non uoluit. quid mirum? inaequata ista hominum miscentium et commutantium statum boni et mali per inconstantiam sensus et iudicii uarietatem. etenim ipsi auctores et administratores spectaculorum quadrigarios scenicos xysticos arenarios illos amantissimos, quibus uiri animas, feminae † aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt quae reprehendunt, ex eadem parte, qua magnifaciunt, deponunt et deminuunt, immo manifeste damnant ignominia et capitis minutione, arcentes curia rostris senatu equite ceterisque honoribus omnibus simul et ornamentis quibusdam. quanta peruersitas! amant quos multant, depretiant quos probant, artem magnificant, artificem notant. quale iudicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quae promeretur?

4 ampitheatro *A* 6 incubat *A* 7 non *addidi* uenit *scripsi* ueniat *AB* 8 compellit *A* 9 indigniori *scripsi* insigniori *AB* idem] id est *A* 10 expetat *scripsi* sperat *A mg* petat *B* comferat *A* 11 etiam oris *Latinius Rig* etiam amoris *AB* 12 noluit *Urs* 13 si noluit *B* si uoluit *Urs* de inaequata *Pam* miscencium *A* 14 & 15 malum per innotans sensus *A* 15 uarietate *Pam* ipso *A* actores *B* 16 scaenicos *A* 17 amentissimos *Lipsius ad Tacit. Ann. I. 77* uiri animas feminae *Urs* uiris animas feminis *AB* uiles animas foeminis *mg* uiles animas foeminae *Gel* 18 aut illi *AB* autem illis *Lipsius* 18 & 19 propter — committunt *om A* 19 quae *Gel* quia *AB* arte *Urs* quam *B* 20 et deminuunt *om A* 22 et] ac *Pam* atque *Leop* 22 & 23 ornamentis . quibus quanta *Pam* 23 depraetiant *A* 24 artem magnificant *om A*

immo quanta confessio est malarum artium, quarum auctores, cum acceptissimi sint, sine nota non sunt! cum igitur humana 23
recordatio etiam obstrepente gratia uoluptatis damnandos eos censeat ademtis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot *** status, ut sacerdos coronatus uel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Elian exornauit? placebit et ille, qui uoltus suos nouacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno et Isidi et Libero proximam facere insuper contumeliis alaparum sic obicit, tanquam de praecepto domini ludat? docet scilicet et diabolus uerberandam maxillam patienter offerre. Sic et tragoedos cothurnis extulit, quia nemo potest adicere cubitum unum ad staturam suam: mendacem facere uult Christum. Iam uero ipsum opus personarum quaero an deo placeat, qui omnem similitudinem uetat fieri, quanto magis imaginis suae? non amat falsum auctor ueritatis; adulterium est apud illum omne quod fingitur. proinde uocem sexus aetates mentientem, amores iras gemitus lacrimas asseuerantem non probabit: omnem enim hypocrisin damnat. ceterum cum in lege praescribit maledictum esse qui muliebribus uestietur, quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus calceatur? sane et ille artifex pugnorum impunitus ibit. Tales enim cicatrices caestuum et callos pugnorum et aurium fungos ad ea cum plasmaretur accepit; ideo

15 Matth. VI. 27 Luc. XII. 25 22 Deuter. XXII. 5

1 malarum artium *tentaui* mala .... *A* malae rei *B* *Urs* malarum rerum *Oehl* cuius *Urs* actores *Urs* 2 acceptissimis *B* 7 *lacunae signi posui* tot status *A* tot statuum *B* 7 ut] uelut *Urs* 7 & 8 ut sacerdos coronatus uel coloratus *om A* 8 curru rapiendum *Gel* corrumpendum *A B* 9 eliane *posteriore* e *erasa A* Heliam *B* et ille *om A* uultus *B* 12 obiicit quasi *B* 13 et *om A* 14 patienter *ex* pacienter *A* coturnis *A* 21 probabit *ex* probauit *A* omnem enim ypocrisin *A* qui omnem hypocrisin *B* 23 uestiatur *Leop* iudicauit *A* 24 calceatur *scripsi* cur ... ur *A* curatur *B* utatur *Urs* 25 cicastrices tuum *A* 26 rudium fungos *Latinius* ad ea] a deo *B* cum plasmaretur *Amg* cum suo plasmate *B*

et Apollinarium, etiam Martialium per duellum, per tubam in stadio circum aemulantur, quod utique templum est et ipsum eius idoli, cuius sollemnitates agit. sed et gymnicas artes Castorum et Herculum et Mercuriorum disciplinae prodiderunt.

12 superest illius insignissimi spectaculi et receptissimi recognitio. munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. officium autem mortuis hoc spectaculo facere se ueteres arbitrantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperauerunt. nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captiuos uel mali status seruos mercati in exequiis immolabant. postea placuit impietatem uoluptate adumbrare. itaque quos parauerant armis, artibus quibus tunc et qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. ita mortem homicidiis consolabantur. haec muneri origo. sed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam et crudelitatem, quia feriarum uoluptati satis non fiebat nisi et feris humana corpora dissiparentur. quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur; quae species proinde idololatria est, quoniam et idololatria parentationis est species: tam haec quam illa mortuis ministrat. in mortuorum autem idolis daemonia consistunt. ut et titulos considerem, licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores uiuentium, quaesturas dico et magistratus et flaminia et sacerdotia, cum tamen nominis dignitas idololatriae crimine teneatur, necesse est quicquid dignitatis nomine administratur communicet etiam maculas eius, a qua habet causas. idem de apparatibus interpretabimur in ipsorum honorum suggestu deputandis, quod purpurae, quod fasces, quod uittae, quod coronae, quod denique

1 per duellum *om A* 1 & 2 in stadio *Oehl* .. statio *A* aut stadio *B* ut stadio *Gel* aemulentur *Gel* 3 eius idoli *A* *x* idoli *B* sollempnitates *A* gymnica *Gel.* 5 DE MUNERE *inscriptio est in A B* insignissimi *ex* insignissimis *A* et *addidi* sed *Iunius* atque *Leop* ac *Oehl* 8 arbitrabantur *B* 10 mali status *Rig* .... tus *A* malo ingenio *B* 13 artibus *addidi* 15 muneris *B* 17 feriarum *scripsi* ferarum *A B* ferorum *Reifferscheidius* ferrum *x* uoluptati *ex* uoluptatis *A* fiebat] faciebat *x* 22 consideremus *B* 26 quidquid *B* 28 interpraetabimur *A* 29 purae *A* fasces *B* fasciae *Pam* — *A*

contiones et edicta et pultes pridianae sine pompa diaboli, sine
inuitatione daemonum non sunt. quid ego de horrendo loco
perorem, quem nec *** iniuria sustinent? pluribus enim et aspe-
rioribus numinibus amphitheatrum consecratur quam Capi-
tolium: omnium daemonum templum est. tot illic immundi
spiritus considunt, quot homines capit. ut et de artibus con-
cludam, Martem et Dianam utriusque ludi praesides nouimus.
Satis, opinor, impleuimus ordinem, quot et quibus modis spec- 13
tacula idololatrian committant, de originibus, de titulis, de
apparatibus, de locis, de sacrificiis, quo certi simus nulla ex
parte competere nobis ea, qui idolis renuntiamus. non quod
idolum sit aliquid, ut apostolus ait, sed quoniam quae faciunt
daemoniis faciunt, consistentibus scilicet in consecrationibus
idolorum siue mortuorum siue, ut putant, deorum. propterea
igitur, quoniam utraque species idolorum condicionis unius est,
dum mortui et dei unum sunt, utraque idololatria abstinemus.
nec minus templa quam monumenta despuimus, neutram aram
nouimus, neutram effigiem adoramus, non sacrificamus, non
parentamus. sed neque de sacrificio et parentato edimus, quia
non possumus coenam dei edere et coenam daemoniorum. si
ergo gulam et uentrem ab inquinamentis liberamus, quanto
magis augustiora nostra, et aures et oculos, ab idolothytis
et necrothytis uoluptatibus abstinemus, quae non intestinis
transiguntur, sed in ipso spiritu et anima digeruntur,
quorum munditia magis ad deum pertinet quam intestino-
rum. nunc interposito † nomine idololatriae, quod solum 14

12 1 Cor. VIII. 4, X. 19. 20 20 1 Cor. X. 21

1 conciones *B* 2 ergo *B* horrido *B* loco *om A* 3 *lacunae signum posui* periuria *B* 4 numinibus *Lipsius* nominibus *AB* 7 praesides . nouimus *A* 8 satis opinor impleuimus *om A* 9 idololatriam *B* 10 artificiis *Iunius* quo *Gel* quod *AB* sumus *B* 11 compere *A* qui idolis] quibus idolis *B* qui bis idolis *Urs* renuntiauimus *B* 12 ut *om Oehl* quoniam quae] quo .... *A* quod quae *B* 16 et dei *mg* et dĩ *A* et alii *B* et dii *Gel* 17 dispuimus *A* aram *om A* 19 sacrificato *B* 20 caenam *A fere semper* 22 magis] mis *A* et aures et oculos *scripsi* .... et oculos *A* oculos et aures *B* 23 negrothytis *A* 24 sed —digeruntur *om A* 25 intestimurum *A* 26 nomine *Urs* nosse ne *AB* nosse de *Pam* interposito noscimine? idolatria *Gel Pam*

subiectum sufficere debet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex abundanti, propter eos maxime qui sibi blandiuntur quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit. quasi parum etiam de spectaculis pronuntietur, cum concupiscentiae saeculi damnantur. nam sicut pecuniae uel dignitatis uel gulae uel libidinis uel gloriae, ita et uoluptatis concupiscentia est; species autem uoluptatis etiam spectacula. opinor, generaliter nominatae concupiscentiae continent in se ut uoluptates, aeque generaliter intellectae uoluptates specialiter et in spectacula disseruntur. ceterum rettulimus supra de lócorum condicione, quod non per semetipsa nos inquinent, sed per ea quae illic geruntur, per quae, simul inquinamentum combiberunt, tunc iterum in alteros respuunt.

15 uiderit ergo, ut diximus, principalis titulus, idololatria; reliquas ipsarum rerum qualitates contra, ut dei omnes, feramus. deus praecepit spiritum sanctum, utpote pro naturae suae bono tenerum et delicatum, tranquillitate et lenitate et quiete et pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. huiusmodi cum spectaculis poterit conuenire? omne enim spectaculum sine concussione spiritus non est. ubi enim uoluptas, ibi studium, per quod scilicet uoluptas sapit; ubi studium, ibi aemulatio, per quam studium sapit. porro et ubi aemulatio, ibi et furor et bilis et ira et dolor et cetera ex his, quae cum his non competunt disciplinae. nam et si quo modo honeste probes spectaculis frui pro dignitatis uel aetatis uel

15 Ephes. IV. 30

1 subiectum] subiici cum *B* deberet *B* 4 de litteris *mg* 8 nomina *ϰ* 9 ut] et *B* aeque generaliter intellectae uoluptates *om A* 10 differuntur *Cerda* retulimus *B* 11 conditione *A* per semetipsa nos] per semet sanos *A* 13 combiberint *B* iterum *scripsi* et tantum *A* et *B* in alteros respuunt *B* alter ore spuunt *A* ergo *om A* 14 idololatriae *B* 14 & 15 rerum ipsarum *B* 15 contra ut dei omnes feramus *scripsi* contra dei omnes feramus *A* contrarios omnes feramus dei *B* contrariis omnes feramus *Gel* contrariis conferamus *Latinius* 16 natarae *(sic)* suae *A* 18 & 19 huius modi cum *scripsi* huic modicum *A mg* huic quomodo cum *B* 19 enim *om A* 21 ibi studium] ibi et studium *B* 22 ibi aemulatio] ibi et aemulatio *B* 22 & 23 per quam — ubi aemulatio *om A* 24 quae cum his *om A* cum iis *malim* cum his *B* conpetunt *A* 24 & 25 et si qui modeste et probe *B* fruitur *B* uel aetatis *om A*

etiam naturae suae condicione, non tamen immobilis animi est et sine tacita spiritus passione. nemo ad uoluptatem uenit sine affectu, nemo affectum sine casibus suis patitur. ipsi casus incitamenta sunt affectus. ceterum si cessat affectus, nulla est uoluptas, et est reus iam ille uanitatis eo conueniens, ubi nihil consequitur. sed, puto, etiam uanitas extranea est nobis. quid quod ipse se iudicat inter eos positus, quorum se simul nolens utique detestatorem confitetur? nobis satis non est, si ipsi nihil tale facimus, nisi et talia factitantibus non conferamur. si furem, inquit, uidebas, concurrebas cum eo. utinam ne in saeculo quidem simul cum illis moraremur. sed tamen in saecularibus separamur, quia saeculum dei est, saecularia autem diaboli. cum ergo furor interdicitur nobis, 16
ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor praesidet. aspice populum ad spectaculum iam cum furore uenientem, iam tunc tumultuosum, iam caecum, iam de sponsionibus concitatum. tardus est illi praetor, semper oculi in urna eius cum sortibus uolutantur. dehinc ad signum anxii pendent, unius dementiae una uox est. cognosco dementiam de uanitate: misit, dicunt et nuntiant inuicem quod simul ab omnibus uisum est. teneo testimonium caecitatis: non uident missum quid sit, mappam putant; sed est diaboli ab alto praecipitati gula. ex eo itaque itur in furias et animos et discordias et quicquid non licet sacerdotibus pacis. inde maledicta, conuicia sine iustitia odii, etiam suffragia sine merito amoris. quid enim suum consecuturi sunt, qui illic agunt, qui sui non sunt? nisi forte hoc solum, per quod sui non

10 Ps. XXXXIX. 18 26 cf. Matth. XX. 14

1 & 2 immobili animi et sine *A* immobilis animi est sine *B* immobili animo est sine *ϰ* 2 tatita *A* 3 ipse *A* 4 ceterum — affectus *om A* 6 sed puto] sed puto autem *A* puto autem *B* sed puto item *Hildebrandus* 7 ipse] et ipse *B* 8 simul *Amg* similem *B* 9 faciamus *B* factitantibus *ϰ* facitantibus *A* facientibus *B* 10 non *om A* 12 secularibus *A* saeparamur *A* 13 secularia *A* 14 omnis *A* 15 ad id spectaculum *B* 16 tunc *om B* 16 & 17 desponsionibus *A* 18 ad *om A* 19 cognosce *B* 23 gula] figura *B* animo sed *A* 24 & 25 Iude maledicti *A* 26 suum consecuturi sunt] consecuturi sint suum *B* consecuturi suum *Gel Urs* qui illic *B Urs* illic *A Gel*

sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate laetantur. quicquid optant, quicquid abominantur, extraneum ab iis est; ita et amor apud illos otiosus et odium iniustum. an forsitan sine causa amare liceat quam sine causa odisse? deus certe etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligi iubet; deus etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici praecipit. sed circo quid amarius, ubi ne principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? si quid horum, quibus circus furit, alicubi competit sanctis, etiam in circo
17 licebit, si uero nusquam, ideo nec in circo. similiter pudicitiam omnem amare iubemur. hoc igitur modo etiam a theatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitiae, ubi nihil probatur quam quod alibi non probatur. ita summa gratia eius de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam mimus etiam per muliebres res praesentat, sensum sexus et pudoris exterminans, ut facilius domi quam in scena erubescant, quam denique pantomimus a pueritia patitur, ex corpore ut artifex esse possit. ipsa etiam prostibula, publicae libidinis hostiae, in scena proferuntur, plus miserae in praesentia feminarum, quibus solis latebant, perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur; locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, praedicatur, etiam (taceo de reliquis) quae in tenebris et in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. erubescat senatus, erubescant

2 quicquid optant *om A* quicquid abominantur] quidquod abominantur *A* 3 ab illis *B* 4 et forsitan *Gel* an fors sit tam *Rig* at forsitan *Leop* 6 sinit *ex* sint *A* 7 quid *om A* 9 circ̄us *(sic) A* alicubi *A B x* aliubi *Gel* 10 & 11 pudicitiam omnem amare iubemur *scripsi* nec inpudicitiam omnem amare iubemur *A* impudicitiam omnem amoliri iubemur *B* nec impudicitiam omnem amandare iubemur? *Oehl* 11 & 12 etiam·li heatro *A* 12 inpudicitiae *A* impudentiae *mg* 13 quam *om A* 15 gesticulator *Latinius Pam* per muliebres res praesentat *scripsi* per muliebres repraesentat *A B* per mulieres repraesentat *Gel* 16 sensum sexus et pudoris *scripsi* sexus et pudoris *A* sexum pudoris *B* 17 quam in scena erubescant *Gel* quam scaenae erubescant *B in A haec omissa sunt* 18 patitur in corpore, ut *B* 18 & 19 prostribula *A* 19 libidinis *ex* libininis *A* scaena *A* 20 quibus so solis *A* per quae *A B* 22 etiam taceo] taceo *Gel* 23 quae in] etiam quae sn *(sic) A* etiam quae in *B* ea quae in *Gel* 24 erubescat senatus *om A*

ordines omnes; ipsae illae pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem et populum expauescentes semel anno erubescant. quodsi nobis omnis impudicitia exsecranda est, cur liceat audire quod loqui non licet, cum etiam scurrilitatem et omne uanum uerbum iudicatum a deo sciamus? cur aeque liceat uidere quae facere flagitium est? cur quae ore prolata communicant hominem, ea per aures et oculos admissa non uideantur hominem communicare, cum spiritui appareant aures et oculi nec possit mundus praestari, cuius apparitores inquinantur? habes igitur et theatri interdictionem de interdictione impudicitiae. si et doctrinam saecularis litteraturae ut stultitiae apud deum deputatam aspernamur, satis praescribitur nobis et de illis speciebus spectaculorum, quae saeculari litteratura lusoriam uel agonisticam scenam dispungunt. quodsi sunt tragoediae et comoediae scelerum aut libidinum actrices cruentae et lasciuae, impiae et prodigae, nullius rei aut atrocis aut uilis commemoratio melior est: quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum. quodsi et stadium contendas in scripturis nominari, sane obtinebis. sed quae in stadio geruntur, indigna conspectu tuo non negabis, pugnos et calces et colaphos et omnem petulantiam manus et quamcunque humani oris, id est diuinae imaginis, depugnationem. non probabis usquam uanos cursus et iaculatus et saltus uaniores, nusquam tibi uires aut iniuriosae aut uanae placebunt, sed nec cura facticii corporis, ut plasticam dei supergressa, et propter Graeciae otium altiles homines oderis. et palaestrica diaboli negotium est:

18 1 Cor. IX. 24

1 interemptrices *AB* 2 annon *B* erubescunt *B* 3 execranda *B* 4 quae *B* 5 iudicatum iri *Urs* 7 oculos et aures *B* 10 & 11 pudicitiae *A* 11 sin *Gel* secularis *A* 12 nobis *om A* 13 speciebus et de spectaculorum *A* 13 & 14 lusorium uel agonisticum schema *Scaliger* 14 scaenam *A* quodsi sunt *scripsi* quod sint *AB* quodsi *Urs* 15 comoediae *ex* comediae *A* et libidinum *B* actrices *Urs* auctrices *AB* 16 aut atrocis aut uilis *om A* 17 reicitur *ex* reigitur *A manu alia* 19 non nominari (non *eras.*) *A* 20 conspectui *B* 21 quaecūque *A* humanioris *Pam* 23 et saltus *om A* uires] res *A* 24 factitii *B* 25 supergressa et *A* supergressae *B* otium Graeciae *Pam* 26 palestrica *A*

primos homines diabolus elisit. ipse caestus colubrina uis est,
tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad
elabendum. nullus tibi coronarum usus est; quid de coronis
19 uoluptates aucuparis? exspectabimus nunc et amphitheatri
repudium de scripturis? si saeuitiam, si impietatem, si feri-
tatem permissam nobis contendere possumus, eamus in amphi-
theatrum. si tales sumus quales dicimur, delectemur sanguine
humano. bonum est cum puniuntur nocentes. quis hoc nisi
tamen nocens negabit? et tamen innocens de supplicio alterius
laetari non potest, cum magis competat innocenti dolere, quod
homo, par eius, tam nocens factus est, ut tam crudeliter im-
pendatur. quis autem mihi sponsor est, nocentes semper uel
ad bestias uel ad quodcunque supplicium decerni, ut non inno-
centiae quoque inferatur aut ultione iudicantis aut infirmitate
defensionis aut instantia quaestionis? quam melius ergo est
nescire cum mali puniuntur, ne sciam et quum boni pereunt,
si tamen bonum sapiunt. certe quidem gladiatores innocentes
in ludum ueneunt, ut publicae uoluptatis hostiae fiant. etiam
qui damnantur in ludum, quale est ut de leuiore delicto in
homicidas emendatione proficiant? sed haec ethnicis respondi.
ceterum absit ut de istius spectaculi auersione diutius discat
Christianus. quamquam nemo haec omnia plenius exprimere
potest nisi qui adhuc spectat. malo non implere quam memi-
20 nisse. quam uana igitur, immo desperata argumentatio eorum,
qui sine dubio tergiuersatione amittendae uoluptatis obtendunt
nullam eius abstinentiae mentionem specialiter uel localiter in
scripturis determinari, quae directo prohibeat eiusmodi conuen-

1 ipsi *A* caestus *scripsi* gestus *AB* 2 ocupandum *A* 3 delabendum *B* 4 nunc ut et *B* ampitheatri *A* 5 scripturis petamus *B* seui . . . . *A* 6 & 7 ampitheatrum *A* 7 & 8 si tales sumus quales sumus quales dicimur sanguinis humani *A* 8 & 9 nisi tantum *B* nisi *Gel* 9 innocens *A mg* innocentes *B* 10 potest *A mg* oportet *B* cōmpetat *A* 13 quodcumque *A* 15 defensionis *A mg* defendentis *B* 16 mali] alii *A* nesciam *B* 18 ueniunt *B* 19 de *om A* 20 haec *om A* 22 quanquam *A* 23 malum *B* 25 tergiuersationem *B* amittendae *Rig* admittendae *AB* optendunt *A* 26 uel localiter *om A* 27 qua *Oehl* prohibeat *Urs* prohibent *A* prohibeant *B Oehl*

tibus inseri seruum dei. nouam proxime defensionem suauiludii cuiusdam audiui. sol, inquit, immo ipse etiam deus de coelo spectat nec contaminatur. sane, sol et in cloacam radios suos defert nec inquinatur. utinam autem deus nulla flagitia hominum spectaret, ut omnes iudicia euaderemus. sed spectat et latrocinia, spectat et falsa et adulteria et fraudes et idololatrias et spectacula ipsa. et idcirco ergo nos non spectabimus, ne uideamur ab illo qui spectat omnia? comparas, homo, reum et iudicem, reum, qui, quia uidetur, reus est, iudicem, qui, quia uidet, iudex est. numquid ergo et extra limites circi furori studemus et extra cardines theatri impudicitiae intendimus et insolentiae extra stadium et immisericordiae extra amphitheatrum, quoniam deus etiam extra cameras et gradus et aperturas oculos habet? erramus: nusquam et nunquam excusatur quod deus damnat, nusquam et nunquam licet quod semper et ubique non licet. haec est ueritatis integritas et, quae ei debetur, disciplinae plenitudo et aequalitas timoris et fides obsequii, non immutare sententiam nec uariare iudicium. non potest aliud esse, quod uere quidem est bonum seu malum. Omnia autem penes ueritatem dei fixa sunt. ethnici, quos 21
penes nulla est ueritatis plenitudo, quia nec doctor ueritatis deus, malum et bonum pro arbitrio et libidine interpretantur: alibi bonum quod alibi malum, et alibi malum quod alibi bonum. sic ergo euenit, ut quis in publico uix necessitate uesicae tunicam leuet, idem in circo aliter non † exuet, nisi totum pudorem in faciem omnium intendit, ut et qui filiae uirginis ab omni spurco uerbo aures tuetur, ipse eam in

1 inseri *A mg* interesse *B* suadiludii *Latinius* 2 audiui *om A* inquid *B* etiam ipse *B* 3 plane *B* 5 uti *A* iudicium *B* 7 et idcirco] idcirco *B* 8 omnia spectat *B* compares *Pam* 11—13 impudicitiae — amphitheatrum *om A* 12 stadium *Gel* studium *B* 13 quoniam] quod *B* etiam *om A* 14 aperturas *scripsi* apulias *AB* ἐπαυλίας *Urs* nũquam *A* 15 numquam *A* 18 inmutare *A* 20 penes uos ueritate defixa sunt *x* 21 nulla sit ueritas *A* 22 et] ac *B* et] ac *B* interpraetatur *A* 23 & 24 et alibi malum quod alibi bonum *om A* 24 sic] si *B* qui *Gel* 25 exuet *AB* exuat *Urs* exsultet *Gel* 26 intendit *A mg* intentet *B* ut et qui] et qui *Gel* ut qui *Urs*

theatrum ad illas uoces gesticulationesque deducat, et qui in plateis litem manu agentem aut compescit aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat, et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa et dissipata et in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat, immo qui propter homicidae poenam probandam ad spectaculum non uenit, idem gladiatorem ad homicidium flagellis et uirgis compellat inuitum, et qui indigniori cuique homicidae leonem poscit, idem gladiatori atroci expetat rudem et pilleum praemium conferat, **** illum uero confectum etiam oris spectaculo repetat, libentius recognoscens de proximo quem uoluit occidere de longinquo, tanto durior,
22 si non uoluit. quid mirum? inaequata ista hominum miscentium et commutantium statum boni et mali per inconstantiam sensus et iudicii uarietatem. etenim ipsi auctores et administratores spectaculorum quadrigarios scenicos xysticos arenarios illos amantissimos, quibus uiri animas, feminae † aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt quae reprehendunt, ex eadem parte, qua magnifaciunt, deponunt et deminuunt, immo manifeste damnant ignominia et capitis minutione, arcentes curia rostris senatu equite ceterisque honoribus omnibus simul et ornamentis quibusdam. quanta peruersitas! amant quos multant, depretiant quos probant, artem magnificant, artificem notant. quale iudicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quae promeretur?

4 ampitheatro *A* 6 incubat *A* 7 non *addidi* uenit *scripsi* ueniat *AB* 8 compellit *A* 9 indigniori *scripsi* insigniori *AB* idem] id est *A* 10 expetat *scripsi* sperat *A mg* petat *B* comferat *A* 11 etiam oris *Latinius Rig* etiam amoris *AB* 12 noluit *Urs* 13 si noluit *B* si uoluit *Urs* de inaequata *Pam* miscencium *A* 14 & 15 malum per innotaus sensus *A* 15 uarietate *Pam* ipso *A* actores *B* 16 scaenicos *A* 17 amentissimos *Lipsius ad Tacit. Ann. I. 77* uiri animas feminae *Urs* uiris animas feminis *AB* uiles animas foeminis *mg* uiles animas foeminae *Gel* 18 aut illi *AB* autem illis *Lipsius* 18 & 19 propter — committunt *om A* 19 quae *Gel* quia *AB* arte *Urs* quam *B* 20 et deminuunt *om A* 22 et] ac *Pam* atque *Leop* 22 & 23 ornamentis . quibus quanta *Pam* 23 depraetiant *A* 24 artem magnificant *om A*

immo quanta confessio est malarum artium, quarum auctores, cum acceptissimi sint, sine nota non sunt! cum igitur humana 23
recordatio etiam obstrepente gratia uoluptatis damnandos eos censeat ademtis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot *** status, ut sacerdos coronatus uel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Elian exornauit? placebit et ille, qui uoltus suos nouacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno et Isidi et Libero proximam facere insuper contumeliis alaparum sic obicit, tanquam de praecepto domini ludat? docet scilicet et diabolus uerberandam maxillam patienter offerre. Sic et tragoedos cothurnis extulit, quia nemo potest adicere cubitum unum ad staturam suam: mendacem facere uult Christum. Iam uero ipsum opus personarum quaero an deo placeat, qui omnem similitudinem uetat fieri, quanto magis imaginis suae? non amat falsum auctor ueritatis; adulterium est apud illum omne quod fingitur. proinde uocem sexus aetates mentientem, amores iras gemitus lacrimas asseuerantem non probabit: omnem enim hypocrisin damnat. ceterum cum in lege praescribit maledictum esse qui muliebribus uestietur, quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus calceatur? sane et ille artifex pugnorum impunitus ibit. Tales enim cicatrices caestuum et callos pugnorum et aurium fungos ad ea cum plasmaretur accepit; ideo

15 Matth. VI. 27 Luc. XII. 25 22 Deuter. XXII. 5

1 malarum artium *tentaui* mala.... *A* malae rei *B Urs* malarum rerum *Oehl* cuius *Urs* actores *Urs* 2 acceptissimis *B* 7 *lacunae signi posui* tot status *A* tot statuum *B* 7 ut] uelut *Urs* 7 & 8 ut sacerdos coronatus uel coloratus *om A* 8 curru rapiendum *Gel* corrumpendum *A B* 9 eliane *posteriore* e *erasa A* Heliam *B* et ille *om A* uultus *B* 12 obiicit quasi *B* 13 et *om A* 14 patienter *ex* pacienter *A* coturnis *A* 21 probabit *ex* probauit *A* omnem enim ypocrisin *A* qui omnem hypocrisin *B* 23 uestiatur *Leop* iudicauit *A* 24 calceatur *scripsi* cur ... ur *A* curatur *B* utatur *Urs* 25 cicastrices ·tuum *A* 26 rudium fungos *Latinius* ad ea] a deo *B* cum plasmaretur *A mg* cum suo plasmate *B*

illi oculos deus commendauit, ut uapulando deficiant. taceo de
illo, qui hominem leoni prae se opponit, ne perinde sit homi-
24 cida quam qui eundem postmodum iugulat. quot adhuc
modis perorabimus nihil ex his quae spectaculis deputantur
placitum deo esse aut congruens seruo dei quod deo placitum
non sit? si omnia propter diabolum instituta et ex diaboli
rebus instructa monstrauimus (nihil enim non diaboli est
quicquid dei non est uel deo displicet), hoc erit pompa diaboli,
aduersus quem in signaculo fidei eieramus. quod autem
eieramus, neque facto neque dicto neque uisu neque conspectu
participare debemus. ceterum si nos eieramus et rescindimus
signaculum rescindendo testationem eius **** numquid ergo
superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi nobis
iam renuntient, an liceat Christianis spectaculo uti. atquin
hinc uel maxime intelligunt factum Christianum, de repudio
spectaculorum. itaque negat manifeste qui per quod agnos-
citur tollit. quid autem spei superest in eiusmodi homine?
nemo in castra hostium transit nisi proiectis armis suis, nisi
destitutis signis et sacramentis principis sui, nisi pactus simul
25 perire. an ille rogitabit eo tempore de deo, positus illic ubi
nihil est de deo? pacem, opinor, habebit in animo contendens
pro auriga, pudicitiam ediscet attonitus in mimos. immo in
omni spectaculo nullum magis scandalum occurret quam ille
ipse mulierum et uirorum accuratior cultus. ipsa consensio,
ipsa in fauoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de
commercio scintillas libidinum flabellant. nemo denique in
spectaculo ineundo prius cogitat nisi uideri et uidere. sed

1 illi oculos deus commendauit *mg* illos oculos commendauit *A* illos oculos deus commendauit *Rig* illi oculos deus plasmauit *B* 2 perinde *scripsi* parum *A B* 3 quam *delet Rig* quod *A B* 4 sperabimus *A mg* expectaculis *A* 5 dei seruis *B* domino *B* 6 praeter *A* 7 diabolo *A* 8 quicquid] uel quidquid *Rig* dei non est uel *om A* 9 quam *B* eramus *A* 9 & 10 quod autem eieramus *om A* 10 prospectu *B* 11 si nos] nonne *B* 12 *lacunae signa posui* 13 & 14 iam nobis *B* 17 huiusmodi *B* 18 nisi proiectis armis suis *om A* 20 rogitabit *(prius* it *in rasura) A* recogitabit *B* ubi *om A* 22 attonit*us *A* immimos *A* 23 & 24 quam ille ipse *scripsi* quem et ille ipse *A* quam ipse ille *B* 25 ipsa in fauoribus — dissensio *om A* 26 scintillas (a *ex* ic) *A* flabellant *scripsi* flagellant *A* conflabellant *B*

tragoedo uociferante exclamationes ille alicuius prophetae retractabit, et inter effeminati tibicinis modos psalmum secum comminiscetur, et cum athletae agent, ille dicturus est repercutiendum non esse. poterit ergo et de misericordia moneri defixus in morsus ursorum et spongias retiariorum. auertat deus a suis tantam uoluptatis exitiosae cupiditatem! quale est enim de ecclesia dei in diaboli ecclesiam tendere, de coelo, quod aiunt, in caenum? illas manus quas ad deum extuleris póstmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in Sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, *εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος* alii omnino dicere nisi deo et Christo? cur ergo non eiusmodi etiam daemoniis penetrabiles fiant? 26 nam et exemplum accidit domino teste eius mulieris, quae theatrum adiit et inde cum daemonio rediit. itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter: et iustissime quidem, inquit, feci: in meo eam inueni. constat et alii linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragoedum audierat, cum exprobratione nuncupato nominatim tragoedo, nec ultra quintum diem eam mulierem in sáeculo fuisse. quo utique et alia documenta cesserunt de his, qui cum diabolo apud spectacula communicando a domino exciderunt. nemo enim potest duobus dominis seruire. quid luci cum tenebris? quid uitae et morti? odisse 27 debemus istos conuentus et coetus ethnicorum, quoniam illic nomen dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones

22 Matth. VI. 24 23 2 Cor. VI. 14

1 illae *A B* 2 et *om B* effeminati tibicinis *scripsi* effeminati lib . . . *A* effeminati liberi *mg* effeminati histrionis *Rig* effoeminationis *B* 4 poterit ergo et *A* poterit et *B* 4 & 5 moneri defixus in *Scipio Maffeius de amphitheatro II. 14* moueria a utin *(priore* a *erasa) A* moueri defixus in *B* 8 coenum *B* dominum *B* 10 & 11 *εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος Rig* his apaeonos *A εἰς αἰῶνας B* 11 et *om B* 12 huiusmodi *Rig* penetrabiles *ex* penetrabilis *A* 14 theatrum adiit *B* theatrum agat *A* demonio *A* rediit *B* redit *A* 14 & 15 exorchismo *A* 16 inquid *A* 17 constat et *om A* 18 . xprobrationem *A* 19 nuncupato *addidi* nominatim *A* nominato *B* 20 quod (d *erasa) A* 21 accesserunt *Iunius* 21 & 22 communicanda exciderunt *A* 24 coitus *A* quoniam] uel quod *B* 25 dei *om A* cotidiani in nos *B*

expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde temptationes emittuntur. quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario reprehensus? non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus (nemo te cognoscit Christianum), sed recogita, quid de te fiat in coelo. dubitas illo enim momento, quo diabolus in ecclesia furit, omnes angelos prospicere de coelo et singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus deum ministrauerit? non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum ipsumque aerem qui desuper incubat scelestis uocibus constupratum? sint dulcia licebit et grata et simplicia, etiam honesta quaedam. nemo uenenum temperat felle et elleboro, sed conditis pulmentis et bene saporatis, et plurimum dulcibus id mali inicit. ita et diabolus letale quod conficit rebus dei gratissimis et acceptissimis imbuit. omnia illic seu fortia seu honesta seu sonora seu canora seu subtilia proinde habe acsi stillicidia mellis de lucunculo uenenato, nec tanti gulam facias

28 uoluptatis quanti periculum per suauitatem. saginentur eiusmodi dulcibus conuiuae sui: et loca et tempora et inuitator ipsorum est. nostrae coenae, nostrae nuptiae nondum sunt. non possumus cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum: uicibus disposita res est. nunc illi laetantur, nos conflictamur. saeculum, inquit, gaudebit, uos tristes eritis. lugeamus ergo dum ethnici gaudent, ut, quum lugere coeperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes tunc quoque pariter lugeamus. delicatus es, Christiane, si et in saeculo uoluptatem concupiscis,

23 Ioann. XVI. 20

1 decernuntur inde temptationes *om A* 2 emituntur *A* 2 & 3 impiorum aestu. carior *A* 3 deprehensus *B* 4 *sed (s *in rasura) A* 5 illo enim] et illo enim (et *erasa) A* illo eum *mg* enim illo *Gel* 5 & 6 quo diabolus in ecclesia (ecclesiam *Urs)* furit *Amg* quod in diaboli ecclesiam fueris *B* quo in diaboli ecclesia fueris *Gel* 6 angelos *ex* angelis *A* 8 administrauerit *B* non] num *B* 9 pestilentiariam *B* 10 scelestis gaudeamus (pag. 30. 24) *ut quae media inter ista uocabula sunt in codice desiderentur A* 11 licet κ *Pam Rig* 14 quo *Pam* 16 ac si *B* ac *Iunius* 17 de lucunculo *Iunius* deliuacunculo *B* de libacunculo *Pam* de ranunculo *Urs Rig* uenenatu *B* uenenato *Gel* tangi *B* 19 inuitator *Gel* imitator B 20 sunt *Gel* sum *B* 21 possumus *Urs Rig* possum *B* 25 & 26 dilicatus *A*

immo nimium stultus, si hoc existimas uoluptatem. philosophi quidem hoc nomen quieti et tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auocantur, in ea etiam gloriantur. tu mihi metas et scenam et puluerem et arenam suspiras. dicas uelim: non possumus uiuere sine uoluptate, qui mori cum uoluptate debemus? nam quod est aliud uotum nostrum quam quod et apostoli, exire de saeculo et recipi apud dominum? hic uoluptas, ubi et uotum. iam nunc putas delectamentis exigere spatium 29
hoc? cur tam ingratus es, ut tot et tales uoluptates a deo contributas tibi satis non habeas neque recognoscas? quid enim iocundius quam dei patris et domini reconciliatio, quam ueritatis reuelatio, quam errorum recognitio, quam tantorum retro criminum uenia? quae maior uoluptas quam fastidium ipsius uoluptatis, quam saeculi totius contemptus, quam uera libertas, quam conscientia integra, quam uita sufficiens, quam mortis timor nullus? quod calcas deos nationum, quod daemonia expellis, quod medicinas facis, quod reuelationes petis, quod deo uiuis? hae uoluptates, haec spectacula Christianorum sancta perpetua gratuita; in his tibi circenses ludos interpretare, cursus saeculi intuere, tempora labentia *** spatia dinumera, metas consummationis exspecta, societates ecclesiarum defende, ad signum dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrum palmas gloriare. si scenicae doctrinae delectant, satis nobis litterarum et satis uersuum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis uocum, nec fabulae, sed ueritates,

7 Philipp. I. 23 cf. Luc. XII. 34

2 quidam *Iunius Rig* et tranquillitati dederunt *om A* in ea] nea *A* 4 moetas *A* scaenas *B* harenas *B* uelim (ue *in rasura) A* 6 debebimus *B* est] et *A* 7 exire de saeculo et *om A* hic *Urs Rig* haec *AB* 8 uotum *Amg Gel* uitium *B* puta *Rig* si putas *B* erigere *B* 9 ut tot et tales uoluptates a deo] ut putes tales a deo *A* 11 iucundius *B* 11 & 12 reconciliatio quam er..... *A (media desunt)* 16 quot calcas *A* 18 haec uoluptates *A* 19 ludos circenses *B* 19 & 20 interpraetare *A* 20 *signa lacunae posui* spatia *om Gel* 21 dinumera et has consumationes specta *A* 22 defend *A* 23 martyrii *B* si scae..... delectant *A* 24 litterarum et satis sententiarum *A* et satis uersuum *scripsi* est satis uersuum *B*

nec strophae, sed simplicitates. uis et pugilatus et luctatus? praesto sunt, non parum sunt multa. aspice impudicitiam deiectam a castitate, perfidiam caesam a fide, saeuitiam a misericordia contusam, petulantiam a modestia adumbratam et tales apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. uis
30 autem et sanguinis aliquid? habes Christi. quale autem spectaculum in proximo est aduentus domini iam indubitati, iam superbi, iam triumphantis! quae illa exultatio angelorum, quae gloria resurgentium sanctorum! quale regnum exinde iustorum! qualis ciuitas noua Hierusalem! at enim supersunt alia spectacula, ille ultimus et perpetuus iudicii dies, ille nationibus insperatus, ille derisus, cum tanta saeculi uetustas et tot eius natiuitates uno igni haurientur. quae tunc spectaculi latitudo! quid admirer? quid rideam? ubi gaudeam, ubi exultem, tot spectans reges, qui in coelum recepti nuntiabantur, cum Ioue ipso et ipsis suis testibus in imis tenebris congemescentes? item praesides persecutores dominici nominis saeuioribus quam ipsi saeculi flammis saeuierunt insultantibus contra Christianos liquescentes? quos praeterea? sapientes illos philosophos coram discipulis suis una conflagrantibus erubescentes, quibus nihil ad deum pertinere suadebant, quibus animas aut nullas aut non in pristina corpora redituras adfirmabant? etiam poetas non ad Rhadamanti nec ad Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitantes? tunc magis tragoedi audiendi, magis

1 & 2 pugilatusque praesto (que *manu posteriore fortasse saec. XVII deletum) A* 2 parum sunt multa *scripsi* par.. sunt multa *A* parua sed multa *B* pauca sed multa *Urs* pauca simul *Rig* parua et multa *Oehl* impudiciam *A* 3 caesas *A* 3 & 4 a misericordia] misericordia *A* 4 obumbratam *Pam Oehl* 5 tales] tales sunt *B* 8 & 9 quae gloria] gloria *A* 13 igne *Rig* 14 & 15 tot spectans] spectans tot ac tantos *B* 15 nunciabantur *A* 15 & 16 Ioue ipso] ipso Ioue *B* 16 sistestibus *A* congemiscentes *B* 17 & 18 saeuioribus quam ipsi saeculi flammis saeuierunt insultantibus contra Christianos *scripsi* scli flammis saeuferunt insultantibus contra Christianos *A* saeuioribus quam ipsi flammis saeuierunt insultantibus contra Christianos (Christianis *κ Pam) B* saeuioribus quam ipsi contra Christianos saeuierunt flammis insultantibus *Rig* 19 quos praeterea? *discripsi* quos praeterea *A B* praeterea *Urs Rig* 22 rediturus *A* 23 rhadamanthy nec ad minonis *A* 24 tum *A* tragoedi audiendi magis *om A*

scilicet uocales in sua propria calamitate; tunc histriones cognoscendi, solutiores multo per ignem; tunc spectandus auriga in flammea rota totus ruber; tunc xystici contemplandi, non in gymnasiis, sed in igne iaculati, nisi quod ne tunc quidem illos uelim uisos, ut qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui in dominum desaeuierunt. hic est ille, dicam, fabri aut quaestuariae filius, sabbati destructor, Samarites et daemonium habens; hic est, quem a Iuda redemistis, hic est ille harundine et colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle et aceto potatus; hic est, quem clam discentes subripuerunt, ut surrexisse dicatur, uel ortolanus detraxit, ne lactucae suae frequentia commeantium adlaederentur. ut talia spectes, ut talibus exultes, quis tibi praetor aut consul aut quaestor aut sacerdos de sua liberalitate praestabit? et tamen haec iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante repraesentata. ceterum qualia illa sunt, quae nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt? credo, circo et utraque cauea et omni stadio gratiora.

17 1 Cor. II. 9

2 expectandus *A* 3 rubens *B* exystici *A* 4 in igne] igne *A* nec *B* 5 uelim uisos (uelim uis *in rasura) A* 6 insatiabilem *ex* insaciabilem *A* dominum *ex* domino *A* 7 quaestuarii *Pam* 8 & 9 hic est — redemistis *om A* 11 sur....... *A* resurrexisse *B* 11 & 12 hortulanus *B* 12 nec (c *erasa) A* 12 & 13 adlederentur *A* laederentur *B* 16 caeterum *A* 18 ascendit *A* cauea *A Gel* caula *B*

ADNOTATIONES CRITICAE NOUAE.

Ante hos duos menses, cum opes reifferscheidianae nondum ad me perlatae essent, adnotationes criticas ad librum de spectaculis scripsi, quibus Gustauo Richtero, qui nunc gymnasio ienensi tum bonis litteris dedicando praeest, de re laetissima gratularer. abstinui tum ab iis locis tentandis, in quibus quid in codice agobardino esset non satis constabat. ut nunc ad locos tunc consulto praetermissos accederem eiusdem Reifferscheidii humanissima fecit liberalitas.

pag. 5. 1 cur *qui status* scribere maluerim exposui in adnotationibus criticis pag. 4.

pag. 5. 10 *consuerunt* praetuli pleniori formae *consueuerunt*. quod cur fecerim ex eis apparebit quae de Gelenio pag. 2 dixi. in agobardino enim, ut mensura loci uacui docet, id ipsum uocabulum omissum est, nisi *argumentant'* olim in eo fuisse statuere malis. cf. adnott. critt. pag. 4 et de loco 6. 1 easdem pag. 5.

male Gelenius pag. 6. 6 *circum* pro equo substituit. exempla enim a Tertulliano allata uariorum certaminum locorum sunt, equus circi, leo amphitheatri, uires corporis stadii, uocis suauitates scenae. accedit quod lacuna codicis A optime expletur: *aequum* enim, non *equum*, librarius scribere solet (cf. pagg. 14. 28, 15. 4, 15. 12).

mirum in modum editores loco qui est 6. 9 consuluerunt. nam cum paulo ante cum optimo libro recte scripsissent *deo inimicum*, iam *dei inimicum* ferre sustinuerunt, quippe quod et ipsum in A esset, dittographias, quas dicunt, in eodem codice non paucas esse obliti. iam uero ubi primum altero loco *ei* pro *dei* scribendum esse uidi, uacuus qui in A paulo

ante est locus ut *neque cultoribus eius* emendaretur suasit. de deputandi uerbo consule Roenschium (das neue testament Tertullians pag. 584).

de 6. 18 et 7. 8 disputaui in adnott. critt. pag. 6.

7. 18 *actor* scripsi cum ϰ: auctor enim omnium flagitiorum ex sententia Tertulliani diabolus est, actor homo.

8. 2 sine dubio corruptus est. quod enim uulgo legitur *tantam*, uni Gangneio deberi uidetur. aut *omnem* substituendum aut aliquid deesse censendum erit.

8. 12 cur contra Ursinum cum A fecerim explanaui in adnott. critt. pagg. 6 et 7.

9. 12 in A aliquid excidisse ipsa uerba relicta docent. nam cum *et* illud in uocibus *nam apud spectacula et in uia statur* correlatiuo suo caret, ut recto iudicio Gangneius *in cathedra* suppleuerit, tum in iis quae sequuntur non uiarum tantum, sed etiam cathedrae nomen in theatris usitatum fuisse additur. iam uero mira illa, de qua pag. 1 dixi, librarii in omittendis uerbis uicinis, quae ab iisdem litteris incipiunt aut in easdem exeunt, negligentia fecit ut *et in cathedra sedetur* supplerem. quae Gangneius maluit inepta sunt: non statur in cathedra.

diu dubitaui de uerbis *itaque e contrario — — interpretari capit* (9. 15–20). nam si quid sani est in iis, quae apud Gangneium leguntur, librarium codicis A hoc quoque loco duo uocabula male omisisse statuendum erit, ut locus ita discribendus esse uideatur: *itaque e contrario „infelix qui in quodcunque concilium impiorum abierit et in quacunque uia peccatorum steterit et in quacunque cathedra pestium sederit" generaliter dictum intelligamus. cum quid aliter, etiam specialiter interpretari capit.*

de 9. 25 et 10. 6 & 7 cf. adnott. critt. pag. 7.

Otto Iahnius (in Reifferscheidii Suetonio pag. XII) uereor ut recte 10. 13 *quorundam* eiecerit: Tertullianus enim non omnia spectacula eorumue titulos recenset.

10. 18 origines spectaculorum secretiores dicuntur et christianae fidei hominibus fere ignotae; itaque ad ethnicas litteras recurrendum esse, ut quae fuerint appareat. utut enim de corrupta cod. A lectione statueris, secretae origines eae erunt, quae christianis quidem non pateant. itaque non altius in

eas inquirendum, sed ex iis fontibus, ad quos christiani accedere fere non solebant, earum notitia petenda erat. quod cum recte intellexisset Rigaltius, uerba tamen ita conformauit, ut quae sententia subsit nescias. quo enim uerba ***nec aliunde inuestigandum fuit quam de instrumentis ethnicalium litterarum*** pertineant me quidem ignorare fateor. facillima igitur emendatione *ex ignotis penes plures nostrorum actis* Rigaltii uestigia secutus scripsi.

de 10. 29 et 11. 2 quid sentirem exposui in adnott. critt. p. 8.

mirum primo quidem obtutu uidetur quod in A legitur 11. 7 *dehinc ecurria quis Marti Romulus dixit.* tamen praepostere editores fecerunt, quod tertium uocabulum nullius pretii duxerunt. mutata interpunctione suum Tertulliano restitui.

ut 11. 14 uoculam *et* adderem codex A suadere uidebatur: *ab impudentia a uiolentiae.*

ad 11. 18 consulto Francisci Iunii sententiam afferre omisi, pro *XII. Kalend. Septembres* emendandum censentis *XV. Kalend. Septembres.* cum Tertulliano enim uel Suetonio agobardino Uarro consentit, qui cur Plutarcho cedere cogatur nescio (cf. Marquardti antiquitt. Romann. IV. 456).

ad 11. 23 cf. adnott. critt. pag. 9.

12. 13 constitui adnott. critt. pagg. 9 et 10.

12. 24 aliquid deesse puto: desideratur certe, cum de decantatissimo olim nominatiuo, quem dicunt, absoluto ne cogitandum quidem sit, principale sententiae uerbum aut praedicatum. lacunam notaui.

13. 5 cur cum codice facere non potuerim demonstrabunt adnott. critt. pag. 10.

13. 8 postquam pompas circenses ne in prouinciis quidem idololatriae crimine uacare exposuit, paucis quae dixerat complexus omnem idololatriam siue sordide siue modice pro opibus oppidorum prouincialium instructam (nam splendidissimo apparatu nisi Romae fieri non poterant) non minus Christianis abominandam esse quam pompam magnificentissimam affirmat. quae loci sententia postulabat ut altero *uel* addito scriberem ***uel** sordide instructa uel modice.* duo enim genera apparatuum in prouinciis esse notum erat, aut exiguos et tenues esse aut insigniores et magis conspicuos: utrosque non minus esse

damnandos dicit quam splendissimam et locupletissimam pompam in circo romano: utrumque enim genus eodem idololatriae crimine teneri.

13. 11 Isidorum sequi malui cum propter extremam proximi uocabuli litteram tum quod praepositio deesse non potest.

corruptum 13. 16 uidetur et uix ferendum *hoc nomine.* quo enim? ueneficae? at uenefica quidem Circe non nominabatur. neque suo nomine aut suo ingenio ex Tertulliani sententia homines male agunt, sed daemoniorum impulsu et instigatione, ut dubitem an id quod emendandum proposui *horum nomine* in ipsa Tertulliani uerba recipere praestiterit.

de 13. 22 et 14. 2, ubi *eas* pro *has*, et 14. 23, ubi *iis* pro *his* scripsi, breuiter disputaui in adnott. critt. pagg. 11 & 12.

Hermateles ille, cuius auctoritate in constituenda obelisci dedicatione Tertullianus 13. 24 utitur, qui fuerit eique num, quemadmodum in adnott. critt. pag. 11 non sine dubitatione conieci, Demoteles plinianus substituendus sit, uiris doctis relinquo diiudicandum.

14. 11 quod *urguente* scripsi, erraui; corrige, si uidebitur, *urgente:* sic enim in A et B scriptum est.

15. 1 cum mutilus sit cod. A, ea autem quae apud Gangneium et in reliquis omnibus editionibus praeter rigaltianam, in qua uocabula *de iugo* recte omissa sunt, leguntur inania sint, antiquissimum in hoc loco auctorem, Isidorum, sequendum esse putaui. quae enim uocabulis *de iugo* notio subest? oportebat certe, ut intelligerentur, *de iugis.* accedit, quod in codice A manifeste nonnulla uocabula desunt. librarius, ut solet, a simili uoce ad similem aberrauit, ut non solum seiugae Iouis, sed etiam quadrigae Solis in scribendo praetermitterentur. ne id quidem, quod locus in A obscurus ea quae in reliquis libris feruntur *hip[pion appellant bi]gas* non capit, quominus, ut feci, expleas impedit: graecae enim linguae librarium eius libri plane rudem fuisse in iisque describendis titubare et labi solere praeter cetera extrema capitis 25 uerba pag. 29. 11 docent.

15. 25 cur spreta codicum A et ϰ lectione *dissignatore* omnes praeter Gangneium editores *designatore* scripserint nescio. illa uocabuli forma uulgaris et plebeia fuisse uidetur. praeter prologum Poenuli plautini enim (u. 19) in duabus

inscriptionibus pompeianis inuenitur (cf. Zangemeister in c. i. l. IV n. 597 & 768, Orellius ad Horatium² II pag. 449).

de 16. 2, 17. 11, 17. 19, 19. 5 cf. adnott. critt. pag. 12.

16. 19 coniectura in uariis lectionibus proposita, qua *praeterquam quod* ut pro *praeter quam* legeretur suasi, abstinere debebam (cf. Weissenborn ad Liu. IV. 17. 5).

ad 16. 23 Isidori auctoritatem (orig. XVIII 51) afferre nolui, quia nulla paene est propter eandem, quae in libris tertullianeis est, lectionum uarietatem: in aliis enim *fluxu*, in aliis *flexu* est.

16. 25 tamen cum A *litteris* praetuli *lyris*, quae ex Isidoro in Pamelii editionem, inde in reliquos fluxerunt. quippe Mercurius λόγιος sua tueri uisus est.

17. 1 se ea allaturum promittit, quae, utpote a diis ethnicis profecta, Christiani exsecrentur. at quae in cod. A sunt: *iam nunc uolumus suggerere de artibus et de his quorum auctorum in nominibus exsecramur* uereor ut intelligi possint. non enim ita unquam Tertullianus, quamuis scribendi plane rudem clament qui suam negligentiam optimi uiri obtrectatione occultare solent, scribere solet, ut ipsam de qua dicit rem reticeat. at quae tandem exsecratione digna sint cum non appareat, nullo, si quid uideo, negotio corrupta uerba emendaui.

17. 12 uix dubito quin recte coniecerim *et eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse.* namque aut inquinamenta spectaculorum quae dicit ipsae illae artes sunt, atque tum quidem *quoque* delendum, aut, si non sunt, *et* addendum erit, quae uocula propter proximum uocabulum facile intercidere potuit.

sequitur locus 17. 16 qui, ut in A legitur et in omnibus editionibus fertur, ne intelligitur quidem. quid enim est negotium alicui agere nisi forte negotium pro aliquo agere? id quod hoc loco plane ineptum est. quod mutaui consecrationem significat operosam sane daemonibus futuram.

dubitaui et adhuc dubito de *mortuariis* agonibus 17. 21. ex quo enim commenticia Catonis *glossaria mortuaria* euanuerunt (cf. Iordan ad Caton. fragm. pag. 87), etiam *mortuarii agones* uereor ne nulli sint putandi. qui unde in codicem et

libros editos irrepserint, ex ipsis uariis lectionibus apparet. quo autem iure Tertullianus mortuorum agones uarios dicat Creuzerus (antiquitt. romann.[2] pag. 464. 478) docebit.

postquam Tertullianus ipsos ludos agonesque idololatriae crimine teneri comprobauisse sibi uisus est, 17. 22 ne apparatus quidem agonum eodem crimine uacare monet. quamquam quae in cod. A de ea re leguntur corrupta esse omnes a Gelenio inde uiri docti consentiunt. uereor tamen ut recte emendauerint. atque Oehlerus quidem, cuius sententiae Reifferscheidius calculum adiecit, ut de sententia loci recte statuerit, tamen a codice nimium recessit, qui *uel* flagitare uidetur. in eadem enunciatione cur Reifferscheidii emendationem non amplexus sim, causa est, quod nisi pluratiuo numero apparatuum Tertullianus usus non est.

de 17. 24 quid sentirem in adnott. critt. pag. 15 exposui.

17. 25 *pro collegio artium Musicalium* etc. cur Reifferscheidius obelo notauerit nescio.

18. 5 *superest illius insignissimi spectaculi et receptissimi recognitio* qua re adductus sim ut scriberem pag. 2 not. 1 explanaui.

recte Rigaltium 18. 10 *mali status* scripsisse iam Roenschius (Itala und Uulgata p. 324) uiderat.

18. 13 quod *artibus* addidi et 18. 17 *feriarum* pro *ferarum* scripsi excusabunt adnott. critt. pag. 12.

18. 29 cum quid in A fuisset iam dinosci non posset, recte Gangneius *fasces,* male Rigaltius *fascias* ediderunt. rem enim, de qua dicit, Tertullianus ad quaesturas magistratus flaminia sacerdotia transisse narrauerat: respondent purpureae fasces uittae coronae: nihil ad magistratus fasciae.

19. 3 ne *iniuria* quidem e cod. A restituta quidquam facit ad locum intelligendum. nec quae de *periuriis* apud Pamelium Heraldum Rigaltium exponuntur quidquam sani habent. praeterea malui *ego* e cod. A in orationem continuam recipere, quamuis qui Tertulliano ipsi de circo peroranti oppositi sint et circum iniuria sustinere dicantur nesciam. quippe ii ipsi desiderari uidentur, nescio qui circensium rerum patroni.

19. 15 in *conditionis* uocabulo scribendo ne parum me mihi constitisse queraris, haec excusauisse sufficiat: 8. 6 *administratio conditionis a conditis* et similia et ab altera parte 12. 15 *una condicio partis utriusque est* nihil habent dubitationis. sunt tamen, in quibus utrum condendi an condicendi uerbum subsit haud facile dicas. in A, ut suo loco adnotaui, semper *conditio* est.

19. 26 id quod Ursinus coniecerat *nomine* pro eo quod in libris est *nosse ne* ita posui, ut ne tum quidem sanatum esse locum putem. disputauerat enim Tertullianus, quibus rebus idololatriam spectaculis subesse cognosceretur; debebat fere scribere *interposita notatione idololatriae.* quamquam quod subsequitur pronomen *quod* neutri generis uocabulum desiderari docet. inuitus paene proposui, quod exemplo caret, *interposito noscimine.* tritissima enim uox *nomine* qui fieri potuerit ut corrumperetur non uideo.

20. 13 quae sunt in A et B uerba *tunc et tantum* quin labem contraxerint dubium esse non potest. corruptela ita orta esse uidetur, ut, cum Tertullianus *tunc iterum* scripsisset, librarius nota usus *tunc it’um* exararet, inde compendium male interpretatum distraheretur in *it* uel *et tm̄* i. e. et tantum. id quod eo facilius fieri potuit quod in codice agobardino litterae *e* et *i* uix dinoscuntur. aduerbio *iterum* autem uulgaris sermo ita uti solet, ut quasi reciprocam quandam actionem, quemadmodum homericum illud *αὖ*, significet, unde fit, ut etiam cum uerbis cum uocula *re* compositis coniungatur (cf. Ruhnkenii dictata ad Terent. Andr. IV 1. 9). in reliquis Gangneium secutus sum.

20. 15 ad nouam sententiam transiturus ea quae de idololatriae in spectaculis crimine disseruerat breuiter complectitur. 6. 2 enim quispiam omnia quae ad spectacula pertinerent a deo instituta et homini attributa et, *ut omnia boni auctoris,* utique bona esse existimanda opposuerat, ut non esset, cur Christiani spectaculis abstinerent. iam hoc loco omnia uitanda esse absoluit quae in spectaculis idololatriae seruiant, reliqua et rerum ipsarum qualitates, i. e. res a deo profectas necdum ad impios usus ab hominibus peruersas, a Christianis ferenda

esse. causam addit: a deo instituta esse. itaque fieri non posse uisum est quin *ut dei omnes* explerem.

20. 18 et 20. 24 sqq. constitui in adnott. critt. pag. 13.

de 21. 2 et 21. 15 rettuli in adnott. critt. pag. 13 & 14.

de 22. 10 sqq., de quibus in adnott. critt. pag. 14 & 15 exposui, recte me iudicasse id, quod tum nesciebam, comprobat, quod, cum in cod. A semper *impudicitia* scribatur, hoc uno loco et 22. 12 *inpudicitia* exaratum est, unde apparet reuera librarium hoc loco per errorem scribendo repetiuisse quod tribus uerbis ante suo loco scripserat.

ad ea, quae de 22. 15 sqq. in adnott. crit. pag. 15 disputaui, hoc addo, male Oehlerum in libro de praescriptione haereticorum c. 36 init. neglecta optimi codicis scriptura *repraesentantes faciem* scripsisse: debebat cum cod. A *praesentantes.* uel de resurr. carn. c. 63 pag. 550. 14 edit. oehl. maior. *praesentetur* cum codice Rhenani praefero. (cf. Arntzen ad incerti panegyricum Maxim. et Constant. dict. 3. 4). negligentia tamen mea factum est, quod priores editores *sensum et pudorem* mutauisse narraui: debebam *sexum pudoris.* denique quod eodem loco *quam pantomimus a pueritia patitur, ex corpore ut artifex esse possit* dispunxi, animaduertas uelim hoc Tertullianum dicere, turpissimum quodque pantomimum in se admittere, non ut animo emendetur, sed ut corpore artifex esse possit, de animo autem cum tacuisset, propter id ipsum uerba *ex corpore* ceteris praeposuisse.

22. 23 cur alterum *etiam* omiserim docebunt adnott. critt. pag. 15.

quodsi sunt scripsi 23. 14 pro eo quod in A est *quodsi.* male Gangneius *quod sint.* non enim rem ita esse Tertullianus suspicatur, sed pro certo ponit. in mediis autem uocabulis *si* et *tragoediae* uocula illa excidere potuit.

paullo post quod *actrices* cum Ursino et Rigaltio scripsi 23. 15, non nescio tragoedos et comoedos fabulas agere, non tragoediam et comoediam. sed ut ad ipsam rem Tertullianus referre solet quae cum ea coniuncta sunt, ita caestui 24. 1 colubrinam ad occupandum obligandum elabendum uim tribuit, quam quasi a caestu acceptam pancratiastae in certaminibus graecis prae se ferant. Certe scelerum et libidinum auctrices

tragoediae et comoediae ita sunt, ut repraesentando et enarrando foeda et atrocia doceant, de qua re, quemadmodum ea quae sequuntur *quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum* docent, hic non agitur.

a capite XVIII ad palaestritas transitur. atque de athletis agi *facticium corpus, altiles homines, Graeciae otium* (23. 24. 25. 26) satis significant. ipse diabolus quasi pancratiasta homines primus *elisisse* (24. 1) dicitur. quid uero ad eam rem *gestus,* qui pantomimorum et scenae sunt, pertineant me quidem fugit. itaque *caestus* scribendum esse censeo, cui quod colubrina uis tribuitur, rem daemonicam esse dicit. eodem modo 15. 6 & 7 Erichthonium daemonicum portentum, immo diabolum, non colubrum fuisse monet.

idem quod librario 24. 25 accidit, ut *admittendae* pro *amittendae* scriberet, factum est 6. 15.

in explanandis et exponendis Tertulliani libris uix dici potest quam saepe interpretes lapsi sint, quod scriptorem non raro per altercationem disputare solere minus meminerunt. id quod factum est 25. 2 sqq. Suauiludius enim ille Tertulliano cur Christianis interdictum sit docenti, ne immundis rebus intersint, opponit solem et ipsum deum omnia humana spectare nec uero contaminari. Recte, Tertullianus, sol etiam in cloacas radios demittit neque inquinatur; quod uero ad deum prouocas, id unum a nobis cauendum est, ne quid deus unquam improbi aut flagitiosi uideat, qualia cum permulta sunt in rebus humanis, tum ipsa spectacula. At ille, nihil deterritus: *et idcirco* tu concludis (i. e. *ergo)* spectacula a nobis non esse spectanda, ne ab eo uideamur, a quo nusquam non uideri non possumus? Respondet Tertullianus: male hominem cum deo comparas, qui propter id ipsum de te iudicabit, quod eius oculos effugere non potes nec ipse unquam reus esse potest, cum tu, cuius peccata et uitia ab eo conspiciuntur, reus sis; sed fac ut recte de spectandis spectaculis statueris, num etiam extra theatrum propter id ipsum peccamus, quod deus etiam ea spectat, quae extra theatrum fiunt? uides quam sis absurdus: nusquam licet quod ubique non licet. interpretatus sum locum exempli causa, ut appareret, male apud Gangneium *plane* et *iudicium* (nam de singulis hominibus iudicandis agitur)

et *idcirco* omissa uocula *et*, quae indignantis est, male apud Pamelium *compares* legi.

desperatum uocabulum 25. 14 *apulias* est, quod qui ita emendare uoluerunt, ut graecam uocem subesse putarent, uehementer uereor ne fallantur. libellus enim de spectaculis non ad Christianos satis doctos, sed ad plebem christianam scriptus est; in eiusmodi autem scriptis graecis uocibus non utitur nisi quae aut notissimae sint, ut *ἀπ' αἰῶνος εἰς αἰῶνας* (29. 10) aut latino uocabula apposito explicentur, ut Mercurius *ἵππιος* (15. 1). itaque quae latina uox pro *apuliis* illis restituenda uideretur circumspiciendum erat. nulla autem propius abesse mihi quidem uisa est quam *aperturas*, de quo uocabulo consulendus erit Roenschius (Itala und Uulgata pag. 40).

25. 25 cum cod. A scripsi *exuet*, locum autem sanatum non puto. ita enim totus is locus comparatus est, ut binae sententiae inter se opponantur, ut alterae homines in minimis et leuissimis rebus uerecundos pudentes delicatos esse, alterae eosdem in circo, in theatro, in stadio, in amphitheatro nihil sibi non permittere et indulgere dicant. sed quamuis manifesta sit ea sententiarum ratio, non tamen omnia concinunt. quid enim est, quod alius ne uesicae quidem leuandae causa in publico tunicam attollere, idem in circo non exuere dicitur (ridicula plane sunt, quae de uesica exuenda Oehlerus narrat) nisi exuta simul omni uerecundia? uideant uiri docti: ego quidem frustra in restituendo loco laboraui.

26. 6 cum uerba tum sententia ipsa aliquid corruptum esse docent. opponuntur inter se is qui, ut supplicium de homicida sumendum spectet, adest et qui gladiatorem ad homicidium compellit. uterque animo non sane miti et clementi est. alterum tamen misericordem et mollem, alterum durum et ferreum esse oportebat. quae causa fuit, cur alterum, ne ultimum homicidae supplicium spectaret, a spectaculis abstinere, eundem tamen gladiatorem inuitum ut aduersarium confoderet cogere statuerem.

item 26. 9 quod qui *insigniori* homicidae leonem poscat, gladiatori atroci rudem conferre dicitur, inconcinnum est: insigniorem enim homicidam debitas poenas luere quis non uelit? Tertullianus sibi non constare hominem queritur, qui

misericordem se praebeat in atrocissimum gladiatorem, crudelem in ciuem qui inuitus alium occiderit, ut *indigniorem*, i. e. qui leuiore poena afficiendus uideatur, emendauerim. *expetat* ut scriberem et res ipsa et qui subsequitur coniunctiuus *conferat* postulabant. sequuntur quae cum iis quae modo dixerat non conspirent. ita enim sententiae conformatae erant, ut altera alteri opponeretur, altera hominem domi et in publico aliter, aliter in spectaculis sentire diceret. iam quae post uocabulum *conferat* in libris leguntur, sola oppositione carent, ut aliquid deesse manifestum sit.

26. 18 quid id quod in libris est *aut illi* uel, quod Lipsio placuit, *autem illis* sibi uelit nescio. locum corruptum uiris me doctioribus emendandum relinquo: equidem nihil sani commentus sum.

27. 1 nihil auxilii in A est; quae editores coniecerunt falsa esse pronomen quod subsequitur *quarum* satis comprobat, pro quo quod Ursinus *cuius* scripsit, ne id quidem satisfacit. quod Oehlero placuit, *malarum rerum*, nudum uisum est.

27. 7 pauca intercidisse patet. deest enim genetiuus quidam, et quod restat, *status*, corruptum est. nihili est quod B praebet *statuum*, nisi quod Gangneius genetiuum desiderari intellexisse uidetur.

uacuus qui 27. 24 in A est locus neque recte expletur gangneiano illo *curatur*, quod praeterea nec sermoni latino nec sententiae satisfacit, neque quidquam habet quo ursinianum *utatur* tuearis. omitto quod *muliebribus uti* idem est quod muliebribus uestiri. exspectatur autem aliud idque grauius crimen. itaque *calceatur* emendaui. cf. Sueton. August. 78, Calig. 52.

transit Tertullianus 28. 2 ad eum, qui non sibi, sed leoni hominem interficiendum opponat, *ne parum sit homicida quam qui eundem postmodum iugulat.* quippe homines nefarios amphitheatro et bestiis ad atrocissima consilia abuti solere, ne ipsi fecisse dicantur quod per bestias fecerint. sed in uerbis tertullianeis, qualia in omnibus praeter Rigaltium libris leguntur, nihil plane nisi quod absurdum sit inest. atque Rigaltius quidem *quam* eiecit, ut grammatica saltem ratio constaret; sed ut eicias, ne tum quidem quid ista uerba sibi uelint

intelliges. equidem *perinde* scripsi: leoni enim hominem aduersarium opponi dicit, ne is, qui miserum ad bestias damnauerat, eodem modo interfecisse uideatur quo is, qui eundem absolutum *(postmodum)* trucidet.

28. 12 plura excidisse per se patet, nisi forte Gangneium rectum uidisse putas, qui *nonne* pro *si nos* emendauisse sibi uidetur. at ne tum quidem quo proximum illud *ergo* spectet facile dixeris.

28. 23 *et* eieci: *nullum* enim scandalum (uel potius nullum magis scandalum: cf. Handii Tursell. III. 557) *magis* occurrere quam *et* illum ipsum mulierum et uirorum accuratiorem cultum tanti, quanti Tertullianus est, ingenii homo salua ratione dicere non potuit. Fortasse legendum: *quam est ille* etc.

28. 26 cur *flabellant* scripserim non est quod excusem: non flagellis, sed flabellis ignes excitantur.

29. 2 ferri non potest quod in libris est. concinne enim, quam qui maxime, Tertullianus *uociferanti* tragoedo *exclamationes* prophetarum opponit, athletarum ferocitati sanctam illam legem quae repercutere ubi percutiaris uetat; restat ut psalmorum modi habeant cui opponantur. opponitur autem in margine editionis gangneianae modis effeminati cuiusdam *liberi*, qui liber qui sit nescio, apud Rigaltium et Oehlerum effeminati *histrionis*, quamuis agat et gesticuletur histrio, cantet tibicen, apud Gangneium Gelenium Pamelium nescio cuius effeminationis modis, de quibus ipsi uiderint. in codice A est *lib*...; at in eiusdem codicis locis uacuis uix quid fuerit erui posse Reifferscheidii humanitas me monuit. quid plura? *tibicinis* effeminati modis psalmorum excelsitas opponitur.

quae sequuntur 29. 4 de coniectura Scipionis Maffei emendaui. ut enim modo Matthaei V. 39 et Lucae VI. 29 memor non repercutiendum esse dixerat, ita hoc loco Lucae VI. 36 meminisse uidetur.

recte Rigaltius 29. 11 restituit *εἰς αἰῶνας ἀπ᾽ αἰῶνος*, id quod cod. A docet, in quo cum sit *his apaeonos*, librarium, ut solet, a simili uocabulo ad simile errore delatum esse apparet. quod si minus ita esset, scribere debebat *his apaeonas* (*εἰς αἰῶνας*).

nolui 29. 19 cum Gangneio pro *nominatim*, quod est in cod. A, *nominato* scribere. nam praeterquam quod librarius eius codicis negligenter haud pauca in scribendo praeterire solet, ea quae seruauit accurate et diligenter reddidit, ut praetermissum esse uocabulum statuere maluerim quam corrigere ea quae apud eum leguntur. locus enim non de iis est ubi quid scripserit uix dinoscatur.

30. 16, quo loco deficit cod. A, apud Gelenium leguntur: *omnia illic — proinde habe ac si stillicidia mellis de lucunculo* (ita Iunius) *uenenato.* Franciscus Iunius *ac stillicidia,* quod nescio an praestet. nam *proinde ac* ne scribas non uetare uidentur quae de uocula *ac* pag. 2 not. exposui. atqui facile *si* propter sequentem uocem in alterum de quo dixi codicem Gangneii irrepere poterat. tamen cum Iunio facere dubitaui, quamuis duriusculam esse non ignorem ellipsin, qua *acsi stillicidia mellis de lucunculo uenenato* **habeas** mente et cogitatione intelligere cogaris.

hiat locus 31. 20. scriptor a rebus in ludis circensibus conspiciendis et considerandis Christianos reuocat ad res sacras et diuinas, ut quae Christianorum spectacula sint significet. atque singulas res ita digerit, ut cum singulis uerbis coniungat. in uno tamen uerbum deest, qua re signum lacunae apposui. periclitor: *cursus saeculi intuere, tempora labentia* [*computa*], *spatia dinumera* e. q. s.

31. 24 ut *et* adderem cod. A suasit. in quo cum haec uerba legantur: *satis nobis litterarum et satis sententiarum,* apud Gangneium autem: *satis nobis litterarum est, satis uersuum, satis sententiarum,* in libro agobardino excidisse quidem apparet uerba quae apud Gangneium inter uocabula *litterarum* et *satis sententiarum* sunt, ut tamen in codice archetypo unde descriptus est id esset quod restitui: *satis nobis litterarum et satis uersuum est, satis sententiarum.* librarius enim ab altero *satis* ad alterum aberrauit.

32. 2 facili, nisi fallor, negotio restitutus est. nam cum in cod. A sit *par.. sunt multa,* mira sane sunt quae Gangneius praebet *parua sed multa*, quasi uero Tertullianus uirtutum cum uitiis in uita humana certamina parua esse dixerit uel dicere potuerit. plane absurdum est Ursini *pauca sed multa,*

quod nouum oxymori genus sibi habeat. rigaltianum *pauca simul* ab ipsa sententia laborat, oehlerianum *parua et multa* uel ipsi Gangneio posthabendum est. Ipse codex docet scribendum esse *parum sunt multa,* atque ita sane Tertullianum decebat.

male 32. 5 post Gangneium scribi *et tales **sunt** apud nos agones, in quibus ipsi coronamur* et res ipsa et libri sacri docere poterant. qui enim uitiorum illecebris superatis uirtutes solas secuti sunt, in coelo coronari dicuntur. itaque quaecunque paulo post dixerat certamina complexus praeter illa alios eiusdem generis *(tales)* agones Christianis esse gloriatur.

32. 17 constitui, uel potius concinnaui ex iis quae A et B praebent. quod priores editores *saeculi* contemserunt, inde factum uidetur, quod notam aut non intellexerunt aut male interpretati sunt.

32. 19 interpungendo tuitus sum quae in A leguntur.

33. 7 male Pamelius *quaestuarii* coniecit. nam cum faber et ipse quaestuarius sit, certe *fabri et quaestuarii* scribere debebat. sed nihil mutandum: *quaestuaria* enim Celso aut iis, a quibus Celsus de matre Christi fabulam accepit, deberi uidetur (cf. Origin. c. Celsum I. 32), quo etiam ea spectant, quae 33. 11 de hortulano narrantur.

Errata:

pag. 1.	**28**	**lege**	***iudicio***
„ 2.	**2**	**„**	***desiderantur***
„ 11.	**1**	**„**	***causa.***